ANONYMI RAVENNATIS

QUI CIRCA SÆCULUM VII. VIXIT

DE GEOGRAPHIA LIBRI QUINQUE.

EX MS. CODICE BIBLIOTHECÆ REGIÆ eruit & Notis illuſtravit D. PLACIDUS PORCHERON, *Monachus Benedictus Congreg. S. Mauri.*

PARISIIS,

Apud SIMONEM LANGRONNE, viâ Victorinâ, ſub Sole Oriente.

M. DC. LXXXVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

CELSISSIMO

PRINCIPI LUDOVICO BORBONIO DUCI SERENISSIMO.

QUÆRENDUM mihi semper existimavi, PRINCEPS SERENISSIME, *amplissimum nomen aliquod quo scriptoris hu-*

jus Anonymi frons adornaretur. Ac Borboniorum illud quidem, cui par nullum, meditabar ab initio, teque maxime tot inter Heroas, quibus commune est, suspiciebam. Ad hoc me mei natales excitabant: tuus enim sum, ut ita dicam, PRINCEPS ILLUSTRISSIME, *ex quo natus, inter tuos scilicet subditos, parente atavisque genitus, quorum alii inclytæ Condæorum domus olim adscripti domesticis, alii eorumdem Condæorum nomine populis jura dixerunt. Quidni ergo tibi studiorum meorum primitias nuncupare mihi liceat? cui id non præstare vitio verteretur. Hærebam nihilominus, nec me extra temeritatis & audaciæ me-*

tas audebam existimare, donec summa illa benegnitate tua munusculum admisisti meum votisque annuisti. Ravennatem itaque Anonymum, licentia mihi per te facta, tibi sisto, PRINCEPS SERENISSIME, *ex Regiæ Bibliothecæ arcanis recens erutum: quæ mihi altera fuit ratio libri hujus tibi offerendi. Furto enim proximum crimen arbitrarer, ex cœmeliis Regiis eductum ad Regiæ stirpis Principem non reducere. Scriptor quidem est nullis styli aut eloquentiæ ornamentis spectandus; immo rudis omnino, &, prout ejus ætas ferebat, barbarus; hocque solo nomine indignus, qui perveniat ad Principem, de quo dubium sit an splendor nata-*

lium, morum lepore & elegantia non adæquetur. In his Europæ, Africæ, Asiæque Chorographicis descriptionibus, quas tibi exhibebit, multa occurrunt rei litterariæ non prorsus inutilia, & ut ceteris sic & tibi, dicere id precor liceat, hactenus incognita. Quin id asseram non me deterrebunt humanioribus studiis summa cum laude maximoque cum progressu data tempora; non revocabunt serenißimi parentis, avique nullibi non celebrati in litteras propensio, gloriaque his parta, si bellica quidem minor, non tamen minus celebris. Ubi enim auditi sunt Condæorum triumphi, quin statim ibi etiam Condæos scientiis apprime excul-

tos fama docuerit? Horum etsi virtutes æmuleris, ac proinde litteraria negotia non insuper omnino poßis habere, inaudita multa Anonymus noster suppeditabit. Hæc tanti vix tibi erunt nunc, ut aliis jam rebus studentem poßint morari. At at mens alia forsitan erit aliquando. Hinc enim procul, qui viro Principe id indignum existiment. Domi quidem torpere, librisque detineri, cum Rex cum patria de hostibus victoriam abs te expetat, crimen sit. Verum belli aut florentis ætatis non tempus semper: & sua etiam tempora pax habet ætasque gravis ac matura. Multos annos invictißimus ille Condæus, cujus mors Christiano di-

gna Principe ex multorum oculis lachrymas adhuc exprimit, multos, inquam, consumpsit annos partim armatus cum militibus, partim inermis cum Musis? Ad suos jam quoque reversi Legati Siamenses, attonitos eos detinent, dum Galliæ enarrant prodigia, in hisque illustrißimi Principis parentis tui rerum politicarum, bellicarum, domesticarum, exterarum aliarumque quarumlibet perfectam cognitionem, qua perspecta & ipsi stupentes hasere? Tu etiam, PRINCEPS GENEROSISSIME, *subtracta tibi hactenus bellicæ laudis materia, nonne gloriam aliunde tibi studes comparare? Immo non studes sed id efficis vel in-*

vitus, & quaſi neceſſario omnium animos tibi devincis. A Deo ſi quidem ingenio acri, mente ad ſublîmia erecta & attenta, humanitate ſingulari donatus; corpore denique ad omnia Principum exercitia expedito & apto, his ita defungeris, ut vel ex ludicris illis & ad ſpectaculum certaminibus, famam bellicæ vix imparem reportaveris. Erit tempus aliquando, cum his neglectis, paceque, quam Deo dante LUDOVICUS MAGNUS fecit ſuper terram, *quietem à bellis jubente, libris delectaberis. Mecum tunc factum erit optime, ſi hunc inter ceteros ad manum revoces, oculiſque admoveas, & eam maxime attendas animi ſub-*

missam propensionem, qua tibi nunc illum offert tuus,

PRINCEPS SERENISSIME;

Humillimus & obsequentissimus servus F. PLACIDUS PORCHERON.

PRÆFATIO.

SI Historia Temporum lux est, geminos ejus veluti oculos Chronologiam & Geographiam jure possumus appellare. Non immerito proinde utrique illustrandæ plurimum hoc sæculo desudatum est. Verum nos vetera plerumque monumenta deficiunt, quibus nixi, tuto & certo scientiis illis uti possimus: dum sæcula quædam tam densis ignorantiæ tenebris involuta occurrunt, ut nullos aut raros admodum scriptores, qui eorum nobis notitiam suppeditent, inveniamus. In hanc tenebrarum classem accensentur maxime sæcula illa, quibus ex

intimis Septentrionalium regionum receſſibus effuſæ barbaræ gentes, jam inclinatas literas ſcientiaſque apud Romanos omnino oppreſſerunt, atque internecione quadam deleverunt. Et quidem inter armorum tumultus, prædiorum deprædationem, inſtantem imminentemque quotidie captivitatem, ipſius denique mortis horrorem oculis ſemper objectum, quis eſſe poteſt progreſſus in ſtudiis, quibus animi maxima tranquillitas paciſque otia omnino neceſſaria ſunt? Non mirum itaque, ſi pauci admodum, quæ rerum tunc eſſet facies, quis urbium provinciarumque ſtatus, ad nos curarunt tranſmittere. Id ſperare ſi licuiſſet, ab his certe à quibus metus terrorque ceteris incutiebatur. Verum quid humanioribus ſcientiis cum Gotthis? Quibus ne ipſorum quidem elementorum certi characteres, antequam Ulfilas illius gentis Epiſco-

pus novos & proprios adinvenisset. In Gotthos ergo, Langobardos aliosque hujusce generis populos, Scriptorum, post quartum æræ Christianæ sæculum, raritatem merito refundimus.

Non tamen calamos ex omnium excussere manibus; quin immo ipsorum nonnulli scribendis etiam libris operam dederunt, postquam usu & familiaritate hominum, quorum mores ad humanitatem & urbanitatem magis erant compositi, crassior detersa barbaries est. Huic rei argumento est hoc opus quod modo vulgamus: in quo tot auctores, tum ex Gotthis, tum ex aliis nationibus, ex altæ oblivionis tenebris emergunt, ut posthac dolendum nobis sit, non tantum quod pauci illius ævi res & gesta redegerint in commentarios; sed etiam quod paucorum illorum paucissimæ lucubrationes ad nos pervenerint. Et hoc quoque detrimentum

Respublica Litteraria passa est per barbaros, dum aut in urbium populationibus & incendiis volumina periere, aut asperitas in mores, & ingenium inducta, etiam in libros ipsos irrepsit, eosque adduxit in contemptum. Quis enim, exempli gratia geographorum aliquem sibi exscribere cogitans, non Plinium, non Melam Anonymo nostro prætulerit? Etenim quamvis pari diligentia, tum in eo, tum in illis regiones, describerentur: at certe non idem utrobique sermonis nitor, non eadem elegantia effulget, non ingenii denique viribus & acumine utrosque æqualiter suspiciendos aliquis jure ac merito dixerit. Periere igitur scriptores plurimi, non tam oppressi injuria temporum, quam neglecti suam ob barbariem. Perierat opinor, eadem forsan de causa noster Anonymus, si unus ille, quo usus sum, codex periisset.

In Bibliotheca ſi quidem Regia, dum manuſcriptorum librorum texendo catalogo meam confero ſymbolam, quadringentorum circiter annorum nactus codicem, qui opuſculum hoc exhibet; nihil deinceps prætermiſi, quo alterius codicis operâ magis accurata hæc lucubratio, & nævis quibus deformatur expurgata prodiret. Id ſi umquam, hic certe fuiſſet neceſſarium, ubi urbium fluminumque nominibus, quæ depravationi & corruptioni maxime obnoxia ſunt, opus omne contexitur. Illud vix tractare cœperam & alterius codicis neceſſitatem obſervare, cum ſpes mihi magna affulſit, id me poſſe conſequi. Ex præfatione ſi quidem Hiſtoriæ Gotthorum, Vandalorum & Langobardorum præfixa ab inclyto viro Hugone Grotio didici, ipſi inſpectum aliquando fuiſſe opuſculum hoc, in alio etiam forſitan codice, ut nobis

innuere videbatur in paucis illis, quæ inde excerpsit, occurrens lectionum varietas. Præterea cum in Italiam proficiscerentur, LUDOVICI MAGNI auspiciis & expensis, Bibliothecas lustraturi non incelebris noster Mabillonius, itinerumque & studiorum ejus comes individuus D. Michaël Germanus: utrumque ante discessum compello, frequentibus deinde pulso epistolis, ut quanta valerent diligentia, curarent mihi alterius codicis copiam fieri. Verum tot inter millia voluminum, quorum pulverem excussere tum in hac peregrinatione literaria, tum in his quas annis superioribus in Germaniam, in Burgundiam, &c. instituerunt, nullum occurrit quod laborem levaret nostrum & magis accuratum opus hoc exhibendi præberet facultatem. Spe igitur omni deposita & abjecta postquam de auctore nostro, ne in ipsa quidem

ejus patria, quidquam datum eſt aut reperire, aut diſcere, ad alias confugi rationes, ut quæ ad ipſum pertinent, utcumque illuſtrare poſſimus.

Atque ut ab ejus patria incipiamus, quando ejus nomen in codice Regio non comparet, Italus fuit, & quidem natus Ravennæ, uti ipſe teſtatur lib. 4. §. XXXI. Hinc eum Anonymum Ravennatem proprii nominis loco appellamus. Langobardum, origine ſaltem, non nemo forſan eum ſuſpicaretur, qui *Colfora* pro *Colfo* poſitum obſervaret lib. I. §. XVII. pag. 33. & alibi. *Solent* enim, inquit eruditiſſimus Cangius in Gloſſario, ad vocem ARCUS, *Langobardici ſcriptores, veteres præſertim, nomina quædam maſculini generis, per ora in plurali feminino efferre. Sic apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Vitis Pontificum paſſim* ARCORA *pro* ARCU. Verum ſi valeret hæc ratio., Græcus etiam aut

Græcis ortus parentibus poſſet exiſtimari. Quis enim, cum legit *in ſanctis Baſilius* lib. 1. §. v. pag. 12, *in ſanctis Athanaſius* §. VI. pag. 14, Græcorum aliquem ſeſe audire loquentem non ſtatim opinabitur? Id tamen utrumque, à Græcorum & Langobardorum, qui Anonymi noſtri ævo Ravennam frequentabant, uſu ac conſuetudine maluerim repetere. Quibus autem addictus fuerit vitæ rationibus & inſtitutis hic Anonymus, ex nulla operis hujuſce parte manifeſtum fit. Ut tamen Monachis aut Clericis eum acçenſerem, movere poſſet tùm frequens auxilii divini invocatio, tum etiam Scripturæ ſacræ ſtudium, cultus ac ſumma erga eam reverentia. Studium porro in tot laudatis ex illa locis cernere eſt; cultum vero & reverentiam in his ſcribendi formulis lib. 1. pag. 22. *Et quis vidit ſuis oculis illos montes? Ubi*

in sancta scriptura esse leguntur? Et paulo post: *At ubi hoc in Scriptura insertum invenistis quodammodo?* Vir enim simplex & rectus est, qui ne in apice quidem Scripturam solvi patienter sustinet. Sed nec prætermittendum censeo, quod FRATRIS CHARISSIMI nomine, Monachis & Clericis illorum temporum familiari, illum compellat, cui suam nuncupat lucubrationem. Hunc etiam non aliunde cognoscimus, nullo quippe codex quo usus sum titulo prænotatur.

Auctoris ætatem quod attinet: nonnisi conjecturis his possumus eam assequi. Ac primo quidem eum post tempora S. Isidori Hispalensis Episcopi, qui obiit anno 636 vixisse certum est, aut certe ita Isidoro æqualem extitisse, ut libros ejus legere potuerit: Isidori si quidem meminit lib. I. §. v. pag. 12. Id si minime occur-

riſſet, ut ſuperiorem etiam Iſidoro Ravennatem Anonymum exiſtimarem, facili negotio potuiſſem adduci. Etenim quis, cum *Franciæ Rhinenſis* & *Galliæ Belgitiæ* evolverit deſcriptionem, ipſis Francicæ Monarchiæ principiis ſcripſiſſe eum non crediderit? *Sunt & aliæ multæ*, inquit lib. 4. §. 24. *civitates ante præfatam Maguntiam, juxta ipſum fluvium Rhenum ſitæ: ſed dum ipſe Rhenus per Alamanorum venit terram, ideo non Francorum patrias nominavi*. Iterum eodem lib. 4. §. XXVI. *Suavorum Gormetiam cum Maguntia civitate Francorum confinalem eſſe* ſcribit. Francorum gentem, per inferiores Rheni partes viam ſibi aperuiſſe in Gallias; nemo eſt qui ignoret. Urbes igitur illæ, quæ ſupra Maguntiam ſunt, ſerius noſtræ gentis jugum ſubiere. Id tamen non recte poſt Clodovei Magni imperium eveniſſe quis opinabitur. De-

victos enim Alemannos apud Tolbiacum, præter tributum ipsis imperatum, urbium etiam cis Rhenum possessione excidisse crediderim. Et quidem, vetustiora ut omittam, Dagoberti II. temporibus Stratisburgum Francis paruisse constat ex S. Wilfridi vita ab Eddio Stephano scripta & à Mabillonio nostro vulgata. Cum ergo urbs illa Germaniæ etiam tum assignetur ab Auctore nostro, quid aliud quæso præter Isidori insertum nomen prohibet, ne circa, aut etiam ante Clodovei Magni regnum scripsisse Ravennatem Anonymum existimemus? Ut tamen & Isidori mentio cum ea scribendi ratione concilietur, dicendum nobis est Athanaridum illum à quo *Galliæ Belgitiæ & Franciæ Rhinensis* descriptiones mutuatas hic habemus, in vivis circiter id tempus egisse, cum prioribus neglectis sedibus agros fœcundiores trans Rhenum sibi Franci

armis quæsiere. Anonymum vero nostrum ipso circiter Isidori sæculo. Recentiorem quippe Isidoro auctorem nullum videtur laudare. Quod in Franciæ chorographicis recensionibus evenisse hic animadvertimus, etiam in aliis regionibus nonnullis poterit forsan observari: nec ideo tamen de Anonymi nostri ætate certo constabit, certius vero de illorum, qui hæc enarrandi auctores Anonymo extitere. In ejus igitur ætate designanda, hæc fere sunt quibus usus sum momentis. Urbium nomina, earum etiam, quæ Ravennæ proximæ, sincera cum adhuc sint, nec ab illis, quæ apud Antonini dictum Itinerarium & apud Peutingerianam tabulam videre est, multum discrepantia: Scriptorum illorum ævo, quantum liceret, vicinum asserui Anonymum. Porro ultra sæculum septimum rejicere non licuit. In id vero

ut propenderem, ſuaſit etiam *Bibliotheca Ravennatis Eccleſiæ igni abſumpta* Damiani Archiepiſcopi temporibus, id eſt ſub finem ſæculi ſeptimi, ut habet Rubeus ad annum 702. In illo ſiquidem incendio periiſſe crediderim tot ſcriptorum hactenus incognitorum lucubrationes, quas in operis ſui ſubſidium adhibuerat noſter Anonymus, quarum etiam nonnullæ ex his, maxime quæ Gotthis auctoribus tribuuntur, fuere forſan autographæ.

Coſmographiæ titulum libro ſuo indiderat Anonymus, id quod patet ex lib. 4. §. XXXI. Chorographiam aptius dici poſſe Vir clariſſimus Hugo Grotius exiſtimarat in Prolegomenis ad Hiſtoriam Gotthorum, Vandalorum & Langobardorum, ubi pagin. 5. 10. & 40. *Chorographici veteris non editi* nomine lucubrationem hanc ſignificat. A tanti viri ſen-

tentia non recedere mihi fuerat propositum. Verum obſtitit bibliopola, in eam enim jam ætatem devenimus, qua & Librariis obtemperare in multis neceſſitas fit, & Librorum diſtractio, ex titulo ut plurimum prævideatur, immo & pendeat.

Operis diſtributio in libros & in paragraphos mea omnino eſt, id eſſe Lectorum commodo præſtandum ratus. Neque vero inconcinna forte videbitur. Liber enim primus quaſi prolegomena complectitur; Aſiæ, Africæ & Europæ deſcriptionibus detinentur tres qui hunc excipiunt; ultimus denique totus eſt in utriuſque maris inſulis & in Mediterranei maris, ſeu, ut loquitur Anonymus, in maris magni Periplo. Periplum voco recenſionem illam urbium omnium, quæ Mediterranei maris impoſitæ ſunt litoribus: eadem ſcilicet ratione, qua Scylacis, qua Arriani, Voſſiani Ano-

nymi, aliorumque geographica opera Peripli nomine donata ſunt. Horum quinque Librorum primum prætermiſiſſem non invitus, perireque permiſiſſem, quippe qui & puerilia præferat, atque adeo contemptum poſſit ingenerare ceterorum, qui tamen & ſingularibus locorum Notitiis, reique litterariæ opportunis non ſunt deſtituti. Deformantur quidem omnes ſtyli barbarie ſtupenda, cui præter diplomata quinti & ſexti ſæculi par vix inveniatur. Ut ne id abſolute pronuntiem, illud me movet, quod non abſimilem obſervare memini in chronologica illa farragine, quam Scaliger in Theſauro temporum nihilominus edidit. Dubius quidem hæſi aliquamdiu, utrum in grammaticæ leges, quæ paſſim in his libris occurrunt, errata emendarem. Quod id citra ullum diſcrimen fieri poſſe arbitrabar. Verum tandem

eruditorum ſententiis & exemplis acquieſcens, nihil omnino mutandum ſtatui: utpote cum & genium ſæculi quo ſcribebat auctor noſter, ipſumque ejus ſæculum hæc ipſa ſcribentis barbaries non inepte nobis repræſentet. Certe ante Caroli Magni tempora vixiſſe hinc manifeſtum eſt. Locorum nomina in recto nonnumquam, ſæpius in flexis caſibus exponuntur: id quod ex eo ortum ſuſpicor, quod ſcriptores quibus utebatur Anonymus, milliaria ſupputaverint: qua de re monuiſſe non nihil forte juverit.

Porro cum ex pluribus auctoribus ea mutuatus ſit, quæ ipſius beneficio nunc ad noſtram cognitionem traducuntur, non mirum æſtimetur, ſi non eadem, nec æqualis ubique diligentia emineat, debemuſque illius ſententiæ meminiſſe, quam in Præfatione ad Annales affert Joannes Zonaras, editionis re-

giæ eximii Cangii cura recens adornatæ pag. 6. Εἰ δ᾽ ὁ χαρακτὴρ τοῦ λόγου ποικίλλεται καὶ μὴ δι᾽ ὅλου ὅμοιος ἐστὶν ἑαυτῷ, θαυμαζέτω μηδεὶς μηδέ τις τὸν λόγον αἰτιάσθω, ἢ τὸν τούτου πατέρα με. Ἐκ πολλῶν γὰρ βίβλων τὰς ἱστορίας ἐρανισάμενος, ἔν γε πολλοῖς ταῖς τῶν συγγραφέων ἐκείνων χρησαίμην ἂν συνθήκαις καὶ φράσεσιν. *Jam vero ſi dictio varia ſit, nec per omnia ſui ſimilis, nemo miretur, aut culpet orationem, aut me autorem illius. Cum enim hiſtoriam è variis ſcriptoribus veluti ſtipem colligere neceſſe habeam, in multis illorum & dictione & compoſitione utendum erit.* Accuratius itaque ſcribit *auctor noſter*, cum Libanium, cum Porphyrium, cum Caſtorium; barbare vero & Gotthice, cum Athanaridum alioſque ejuſdem farinæ viros, duces ſequitur. Pleraque ex iis, quæ de Gallia hic inſerta conſpiciuntur, Athanaridus ille ſuppeditavit, auctor ſordidus & in-

cultus. Quo fit ut diligentiam & elegantiam in nulla alia operis hujuſce parte magis deſideres. Nolim ergo hujus libri utilitates hinc æſtimentur: quamvis neque hic trita omnia ſint, & à quibus commodi nihil poſſis ſperare.

Ut igitur diſcas quid & quantum Reſpublica litteraria ex hac lucubratione proficiat; Britanniæ majoris adi deſcriptionem. Hîc Deus bone! quot urbium hactenus inaudita apud veteres ſcriptores vocabula? Eadem in Ægypti, in Africæ, in Dardaniæ & vicinarum regionum, in Carneolæ, in Hiſpaniæ expoſitionibus, & etiam alibi paſſim poteris obſervare. Italicam chorographiam ſi conſulueris: hinc ſtabilitæ Cluverii & Alberti meræ antea conjecturæ, illinc prorſus everſæ: hinc illuſtrati ſcriptores veteres, recentiorum fides aſſerta; in his Albertutii, qui ejuſdem criminis

poſtulabatur, quo Annius ille Viterbienſis, marmorum ſcilicet ſuppoſitionis. Nomen ergo Juliæ Chryſopolis nullus deinceps Parmæ deneget, ſuaque fides maneat inſcriptioni ab Albertutio laudatæ. Uno verbo dicam; geographica vocabula ſupra mille hinc ſuppleri, multarumque urbium probari vetuſtatem, quæ prius aut nudis fulciebatur traditionibus, aut quaſi fictitia etiam abjiciebatur. Hoium quippe, Deonantum, Cardennam ad Moſellam, Princaſtellum, Piranum, Humagum, Siparim, Neapolim in Iſtria, Rovinium, aliaque oppida complura quis veterum antea memorabat? Locorum ſitus etſi omiſſis milliariorum numeris certo non conſtent, aliunde tamen poteris non difficile repetere. Magna enim cum ſit Anonymo noſtro cum Itinerario Antonini concordia, major etiam cum Theodo-

ſiana Peutingeri tadula, & cum utroque publicis & militaribus viis inſiſtat: Frequens evenit, ut urbs illa, de qua ſiletur apud ceteros, recenſeatur media inter notiſſimas duas, & ſic in ejus ſitu aſſignando vix poſſit errari. Beneficiis, ut ita dicam, per Theodoſianam eamdem tabulam cumulatur Ravennas Anonymus, qui tabulæ vicem ſæpius etiam rependit. Innumera quippe ſunt in hac tabula, quibus auctoritatem ex nullo alio auctore conciliare potuiſſes: his Ravennas præſtat Anonymus, ut eorum exiſtentia aut ſinceritas ſaltem in dubium non revocetur. Non pauca ſiquidem mendis etiam deformata, erat in eadem tabula reperire. Quis enim, exempli gratia, Arianzum S. Gregorii Nazianzeni patriam in Arianodo prius deprehendere valuiſſet? Cetera miſſa facio, quæ per ſe quilibet valeat obſervare.

Præter urbium nomina, quæ Peutingeriana tabula sola prius exhibebat, quæque apud Ravennatem Anonymum occurrunt, infinita prope hic quoque videre est, quorum nullus veterum meminit, ut mox monuimus. Hujus ratio multiplex potest assignari. Ac primo quidem cum chorographicum argumentum tractaverit noster Anonymus paulo post illas Barbarorum excursiones, quibus in Europa & in Africa confusa omnia fuere, susque deque eversa; novi nihil aut modicum non potuit exponere. Multas etenim variationes in urbium, montium fluminumque nomina barbararum gentium invasiones induxere. Id ipse innuit Anonymus *ut barbarus mos est*, inquit, *forsitan ut olim nominatæ sunt patriæ, civitates vel flumina, nuper aliter appellentur*. Quin etiam condendis novis urbibus ansam præbuere veterum op-

pidorum everſiones per eoſdem Barbaros. Ex Aquileiæ caſu, verbi gratia, ortas eſſe Venetias, ex Epidauri ruderibus, quaſi ex cineribus natum Raguſium quis neſciat? Quot præterea urbes ab Imperatoribus aliiſque principibus viris excitatæ de novo ſunt? Et de Juſtiniano quidem in præfatione ad librum de Ædificiis hæc habet Procopius: Πόλεις δὲ ἀναρίθμους δεδημιούργηκεν οὐ πρότερον οὔσας. *Novas urbes condidit innumerabiles.* Non majori nobis fuerit incommodo, in aſſignandis regionum limitibus ratio nonnumquam à ceteris diverſa, urbium etiam earumdem, ſub duabus provinciis, hic aliquando facta recenſio. Quot enim & quantis viciſſitudinibus quotidie ſubjaceant provinciarum, regnorum, imperiorum ipſorum fines, etiamnum cernimus: dum aut bello principes poſſeſſis excidunt,

aut nunc plures nunc pauciores urbes, abs se missis provinciarum moderatoribus & legatis jubent obtemperare. Hac ratione sæpius, in Oriente maxime, ut nos docent itinerum scriptores, accidit ut provinciarum fines modo coartentur, modo longius proferantur. His adde quod ita subtiliter designari atque attingi vix possunt regionum limites, quin aliquando in proximas excurrere necesse sit.

In codicem MS. quo usus sum, multas jam monui irrepsisse depravationes & corruptiones. Harum nonnullæ ita sunt apertæ & obviæ, ut nullus eas non deprehenderit. Non me fugit quanta debeat esse erga veterum scripta religio: in supplendis tamen paucis deficientibus nonnumquam elementis, nec libertate utendum nimia, nec scrupulis plus æquo indulgendum existima-

vi. Vitiata igitur nomina quandoque instaurare visum est, sæpius autem eodem prorsus modo ea exscribere, quo & à codice exhibebantur. Omnino vero hæc fuit instituti mei eo in delectu ratio. Quoties ex antiquis geographis cognovi in codice nostro truncata duo nomina, sive abscissas nominum duorum partes extremas conjungi, id quod sæpe fit syllabam ultimam, vel etiam litterulam unicam prioris dictionis cum syllaba prima subsequentis nominis jugando, toties medicam eis manum non cunctanter præstiti. Sic lib. 4. §. XLIII. pro *Nabascer*, *Nobas*, sive *Novas* reposui, syllabam vero *Cer* ad dictionem *Augusta*, ex qua præcisa fuerat amanuensium oscitantia, reduxi; hincque crevit *Cer-Augusta*: & hinc etiam, quia id situs exigebat *Cæsar-Augustam* excitavi. In eodem iterum

loco, ex *Antequi* & *Abirobeſca* ſcripſi Antequia & Birobeſca, ſeu Virobeſca, auctorem ſecutus Antoninum in ſuo Itinerario. Cum nomen idem bis contigit occurrere (occurrit autem id non raro, etiam extra Periplum) ſi diverſitatem in ſcribendi modo obſervaverim, eum conſtanter retinui, qui ſcriptorum aliorum auctoritate nitebatur. Tandem ſi conjecturis aliquantum indulgens, non nihil repoſuerim diverſum ab eo quod codex ſuppeditabat, facti toties rationem ſubjunxi. Omnino vero intacta ſervavi ea nomina, quæ uſu & tempore mutata fuiſſe deprehendere valui: nam, ut ait Conſtantinus Porphyrogenita de Adminiſtrando Imper. cap. 29. ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια, ἡ πολλάκις μεταφθείρουσα τὰ ὀνόματα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν γραμμάτων, &c. *Communis uſus ſæpe litterarum commutatione nomina corrumpit.* Monen-

dum præterea existimo qua ratione notas & observationes ad hujus operis illustrationem adhibuerim. Eas primo, quantum licuit, contraxi, veritus ne alias volumen nimis amplum inde exurgeret. Nullis ergo notis nomina illa affeci, quæ trita & vulgaria sunt ne *uterer in re non dubia testibus non necessariis:* id quod Panætio vitio vertit Tullius offic. lib. 2. Mihi deinde curæ fuit monere quænam urbium, montium, fluminum, &c. nomina veterum scriptorum tum geographicorum, tum historicorum diligentiam aut effugerant, aut ævum non attigerant. In his porro me aliquando à vero non aberrasse absit ut mihi tribuam: cui sane aliquod operæ pretium fuerit, vel hoc qualicumque conatu bonam meam in litteras exhibuisse voluntatem; satisque pro voto erit, studiosis non omnino displicuisse.

Hæc jam ſcripſeram, immo & typographis tradideram, cum Anonymum Ravennatem à clariſſimo Voſſio in notis ad Melam laudari comperio. Nulla mora litteras do ad eruditiſſ. virum humaniſſimumque Thomam Gale, eumque enixe deprecor, ipſius cura & beneficio diſcam, quid mihi fas ſit à Voſſio expectare; quia etſi prope jam conſummata Anonymi editio ſit, multa tamen ad calcem obſervanda Codex Voſſianus ſuppeditaret. At nullum adhuc ab eo tuli reſponſum, menſis licet abhinc effluxerit. Porro Codicem illum, ſi à Regio quo uſus ſum, alter ſit, eumdem eſſe ſuſpicor, ex quo Grotius ea hauſit, quæ in ſuperioribus obſervavimus. Jam vero mirum nonnulli videbitur, cur in rebus geographicis altæ eruditionis vir Iſaac Voſſius Scriptorem hunc alioqui non inutilem futurum, à trigin-

ta amplius annis ſibi cognitum dimiſerit bonoque publico non juſſerit deſervire. Si divinare liceat, dicam codicem illum ex iis forſitan eſſe, qui poſt elapſum æræ Chriſtianæ ſæculum duodecimum exarati minutiſſimis & intricatiſſimis characteribus, vix & aliquando ne vix quidem prodant quod condunt. In hanc me opinionem induxit *Manomiri* nomen, de quo Grotius. Cum enim Scriptoris illius mentio ſæpius occurrat, & Marcomirus nomen ſit non inſolitum inter Gotthos, Manomirum Grotius legere toties non potuit, niſi codex imperitæ admodum manus aut valde difficilis opus fuerit.

INDEX AUCTORUM
Qui ab Anonymo Ravennate laudantur.

DE SCRIPTORIBVS qui hic occurrunt OBSERVATIO.

EX Scriptoribus his noti sunt, ut qui maxime, sanctissimi Ecclesiæ Patres Basilius, Athanasius, Epiphanius, Gregorius; Isidorus etiam & Paulus Orosius. Non incelebris quoque inter Christianos scriptores Jordanis Ravennas Episcopus, qui Jornandes in editis codicibus ut plurimum; in MSS. vero Jordanes, aut Jordanis vocatur. Ultimam hanc scribendi rationem in notis nostris ideo retinuimus; etiam & quod Jornandes inusitatum & insolitum semper nomen fuisse mihi visum sit. Jordanes vero non ita. Ἰορδάνης siquidem, exempli gratia, qui Arcadii temporibus στρατηλάτης ἐπὶ τῆς Ἀνατολῆς, ἤγουν μικρᾶς Ἀσίας memoratur à Constantino Porphyrogé-

nita, de Thematibus lib. 1. them. 1. Cognomines complures huc citare possem absque gravi labore, si tanti esset in re haud obscura immorari. Inter profanos auctores, qui Latine scripserunt, solus hic comparet Virgilius; inter Græcos solus Ptolemæus, quorum laudata ab Anonymo nostro opera non perierint. Hos præter, non incogniti, immo celebres admodum sunt Porphyrius, Iamblichus & Libanius, in codice Regio passim Livanius. Hæc nimirum elementorum V & B reciproca mutatio frequens adhuc usurpabatur Ravennæ ineunte sæculo octavo, ut inter cetera conficitur ex donatione Joannis Archiepiscopi Ravennatis facta Classensibus S. Apollinaris Monachis, & in marmore ad perennem memoriam exarata, & incisa *Imperatoribus Leone Imp. anno* XV. *Constantino vero Imp. anno* XI. *Guvernante Italiam Dn. Eutychio*, ut videre est apud Rubeum ad annum 725. Aristarchi Sicyonei meminit præterea Plinius inter auctores, ex quibus ea mutuatus est, quæ in quinto libro Historiæ naturalis enarrantur. Cum autem quintus ille liber unus ex geographicis sit, eo de argumento scripsisse Aristarchum, ac proinde eumdem esse,

de quo Anonymus noſter egit, non levis ſuſpicio eſt. Hylam quoque, qui *de Auguriis* ſcripſerat apud Plinium reperies in recenſione auctorum exterorum, qui ad librum decimum ſpectant. Verum utrum idem ſit, qui hic occurrit, licet ſubdubitare; etiam & de Eutropio, an is ipſe, cujus opera hiſtorica nonnulla varios temporum caſus effugere in noſtros uſus. De ceteris autem nihil à me nec ſcio an à quoquam liceat expectare. Caſtorium enim alium eſſe à Caſtore mihi certum videtur: Græce ſi quidem Caſtor ſcripſit, Caſtorius vero latine, nam inter latinos ſcriptores conſtanter recenſetur ab Anonymo, qui pleraque ex ipſo hauſit. Et hinc etiam Caſtor exploditur: Vetuſtior enim eſt quam ut ſuppeditare ea potuerit, quæ à Caſtorio mutuata dicuntur. Quis enim, verbi gratia, Burgundiam Caſtori cognitam affirmabit? Porro Caſtorium, hoc per tranſennam moneo, de geographia proprie ſcripſiſſe veriſimillimum eſt; ceteros vero dubium utrum geographica an hiſtorica; immo mere hiſtorica pleroſque fere certum. Gotthicum idioma in ſuis lucubrationibus adhibuiſſe eos, qui Gotthorum vocantur philoſophi, non abſur-

de forsan quis suspicaretur: eos enim, qui Græco ab his qui Latino sermone usi sunt, simili ratione Anonymus distinguit. His adde quod Gotthicis scriptoribus numquam Jordanem accenset, eo nimirum quod Latine, licet Gotthus origine, scripserit. Momentum aliud sit, vocabulorum scilicet depravatio immensa in his partibus, in quibus describendis Athanaridum ducem habuit. Arsatium præterea & Afroditianum, quos Persas genere fuisse docet, Græce orientem descripsisse expresse significat: idem etiam forte observaturus de Gotthis, nisi Gotthice scripsissent. Geon & Risi non sine scrupulo recenseo inter scriptores: his si quidem dictionibus nomina Africæ olim indita fortasse designantur.

Nonnullos hic videre mihi videor, qui inspectis tot inauditis hactenus scriptorum nominibus, timidi hæreant, & fraudem suppositionemque suspicentur. Quî enim, inquiunt, fieri potuit, ut horum vel nomina saltem ad nos jam prius non pervenerint? Huic difficultati occurrere in promptu est momentis non paucis. Ac primo quidem perspicacissimi viri Hugonis Grotii mentem non subiit ea cogitatio: quin immo inter erudi-

tos Gotthos enumerare eum non piguit Manomirum, Aithanaridum & Eldevaldum, ſic enim legebat in codice quo utebatur. Deinde quî fieri etiam potuit, ut tot ſcriptorum, quos Cicero, quos Plinius, quos Clemens Alexandrinus, Euſebius, Auguſtinus, aliique in ſuis lucubrationibus laudant, nuda nomina vix nunc habeantur? immo nec ex his plurima habituri fuiſſemus, ſi Ciceronis, Plinii, Auguſtini, aliorumque libri, quibus potimur, eodem fato excepti eſſent, quo non paucæ eorumdem aliæ lucubrationes, quas querimur deperditas & cum iis non paucorum etiam auctorum notitiam. Nec vetuſtas objiciatur longe major in his, quam in illis, quos exhibet noſter Anonymus. Ante ſeptingentos enim annos rem hanc in eodem circiter ſtatu hæſiſſe mihi perſuaſum eſt: quo tempore ſcriptores illi ut plurimum exciderant. His adde etiam apud æquales & Anonymo noſtro non multum antiquiores, aut recentiores ſcriptores idem omnino obſervari. Ablabium enim, exempli cauſa, unde, niſi ex Jordane ſolo cognoviſti? Nec Volaterranum prætendas aut Sabellicum; quæ enim de Ablabio ſuggerit uterque, ex Jordane

mutuata nullus dubito. Sexcenta hujuſmodi exempla adducere non gravarer, ſi quid inde utilitatis naſceretur: verum hæc certa adeo ſunt & aperta, ut mihi ad alia properanti moras injicere non debeant. Quæ de ſcriptorum nominibus inauditis, eadem etiam ratio ſit & de incognitis hactenus Libanii, Porphyrii & Jamblichi operibus. Etſi enim, ut exempli cauſa id afferam, Geographicum nihil ſcripſiſſe Libanium ex aliis auctoribus manifeſtum ſit, nullaque de hoc argumento inter ejus ſcripta occurrant: Numquid non ἄπειρα, id eſt infinita, eum ſcripſiſſe Suidas teſtatur? Nonne etiam opuſcula ejus nonnulla, quorum nemo meminerat ante aliquot annos in publicum emiſſa ſunt? Deinde quid mirum ſi Lybanii unum aut alterum opuſculum perierit, ceterorumque ſcriptorum diligentiam effugerit? maxime cum veterum nullus, eorum quæ ſcripſit Libanius accuratam enumerationem inſtituere ſibi propoſuerit. Longe plures Porphyrii, quam Libanii lucubrationes recenſet Suidas; nec omnes tamen, ut perſuadent etiam verba illa καὶ ἄλλα πλεῖστα καὶ μάλιστα ἀστρονομούμενα. Denique qui aut incognitorum ſcriptorum

opera, aut minus cognita celebrium auctorum opuscula vulgari deinceps posse inficiabitur: is dubio procul Antiquas lectiones, Spicilegia, Miscellanea, Analecta, aliaque hujusmodi, nec oculis attigisse statim convincetur.

Suspectæ quidem fidei mihi videri possent scriptores illi incogniti, si suppositionis ac fraudis postulari jure posset Anonymus noster Geographicis in negotiis. Verum cum in notis & nobis compertis non fallat, nec in ignotis etiam eum fallere voluisse æquum est existimare. Etsi ergo singularia multa nobis exhibeat, absit ut de ipsius fide vel modicum dubii hæreamus. Neque enim ad id poteris adduci, si observaveris plurima ex prætermissis ab Antonino, Theodosiana Peutingeri tabula, aliisque qui recensendis urbibus juxta publicas ac militares vias positis dederunt operam, aut adhuc in rerum natura stare, aut ab historicis aliisque scriptoribus fuisse memorata. Vir præterea fuit, ut superius monui, simplex & rectus Ravennas Anonymus, cui quidem imponi ab aliis non difficile, cui vero mens non satis audax & obliqua, aliis ut, datâ operâ, illuderet. Mendacium enim quam-

vis omnium esse possit, quamdam tamen ingenii vim cum pari animi confidentia conjunctam exigit, ut ita fictæ res obtrudantur, ut fraus non statim appareat. Deinde quid hic fictio proderat in scriptorum nominibus, si nulla in locorum inerat? Eruditionis famam hinc quæsitam captatamque si quis opinetur, attendat velim longe majorem exurgere compararique potuisse, ex Plinio, Mela, Solino, Strabone, &c. quos eo forte non consuluit Anonymus, quod ipsi in mente esset urbes, earumque nomina, non quæ retroactis sæculis, sed quæ jam extarent, recensere. Denique si nunc deprehendi non facile queat Scriptorum suppositio, at certe tam exigui negotii res fuit Anonymi ævo, ut eruditionis famam adeo non inde sibi, quin immo certum & æternum dedecus peperisset. Verum hæc longius nos abducunt.

RAVENNATIS ANONYMI QUI CIRCA SÆCULUM VII. VIXIT GEOGRAPHIÆ LIBRI QUINQUE.

LIBER PRIMUS.

I. SUB Dei qui militant imperio ejus legem obſervare, inhiant, & beatæ atque infinitæ gloriæ perfrui bono deſiderant, ſi ſine dolo mentis, & abſque hypocriſi caritatem proximis ſuis impendunt, ut ab ipſo qui cælorum poſſidet ſceptra, & terrarum continet regna, fre-

quentius admonentur, & gratis dare omnibus petentibus, sicut acceperunt ab ipso Deo & Salvatore nostro, vehementius
a [a] præstantur.

Quam ob rem, ô MI FRATER CARISSIME, postquam divina aspiratione præditus me compelleres, ut ego per pallidines subtilius tibi indicem mundum, recordari jubes quod ait in sanctis Scri-
Iob. 38. 4. pturis Dominus, dicens: *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras ejus, si nosti? vel quis tetendit super il-*
Eccli. 1. 2. *lam lineam?* Et alibi: *Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis mensus est?* Sed tamen cum Propheta
Ps. 103. 24. clamemus; *Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti!* Nam quod apud humanum sensum possibile est, multorum philosophorum relegi libros, Christo juvante, in quantum valeo: aio tibi, licet in India genitus non sim neque alitus in Scotia, neque perambulaverim Mauritaniam, simul nec perscrutatus sim Scythiam, aut per qua-

[a] Huic verbo aliud substituendum aliquandiu suspicatus sum, verum postquam animadverti Scriptoré hunc non tam acri ingenio, aut accurato sermone, quam rebus quas exhibet commendari, locum omnino intactum reliqui.

drigines ambulaverim mundi; attamen ab intellectuali doctrina imbutis, totus mundus diversarumque gentium habitationes, sicut in eorum libris [legimus] sub multorum Imperatorum temporibus, mundus iste descriptus est. Sic enim ait quidam philosophorum: *Romani tam per sapientiam plurimos amplectentes, quam muneribus oblectantes, seu armis debellantes, totum mundum sibi subditum multis fecerunt temporibus.* Quod testatur & sanctum Christi Dei Evangelium dicens: *Exiit edictum ab Augusto Cæsare, ut describeretur universus orbis.* Luc. 2. 1. Sed doctrina sanctorum Apostolorum per totum divulgata est mundum, quemadmodum scriptum est: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Ps. 18. Nam ut prælibatum est, Christo nos juvante, diversa subtilius ad narrandum tuæ jussioni parebo, ni fallor; nisi variæ gentes sua præ nimia superbia concupiscentes alienas aut meliores [a] patrias, aut fortasse ab aliis nationibus graviter afflictæ, à propriis cæspitibus transmeatæ sunt: & ut barbarus mos est, forsitan ut olim nominatæ sunt patriæ, civitates, vel flu-

a Patriæ vox huic Anonymo idem sonat semper, quod nobis regio.

mina, nuper aliter appellentur.

Sed ut ad propositum redeamus: omnibus sapientibus cognitum est, quod universitatis bonus opifex Christus Dominus noster omnipotens ex nihilo condidit cuncta, fecitque luminaria magna ad ornamentum Olympi; per quæ solertissimi viri, Creatoris jussu, momenta & tempora supputare possunt. Ergo dum sol totam diem per meridianum marginem potentissimi jussu factoris exambulat, unamquamque horam diei verno tempore, tanquam horologium, ordinem suum per occursum designat; possumus arbitrari universarum gentium patrias per magnum circuitum intransmeabilis Oceani litore positas, & Christo nobis auxiliante subtilius designare.

II. Prima ut hora diei Indorum reperiuntur prosapiæ, quorum post terga ad Orientalem plagam tanquam ex latere proximus solus intransmeabilis eremus rejacet, qui apud humanos gressus nullo modo totus perambulari invenitur. Nam ad frontem ejusdem Indiæ, Persæ inferiores, id est Parthi convicinantur: sed & aliæ nationes eidem Indiæ appropinquantes; inter quas & Agarenorum transit brevis eremus, Ma-

dian, [a] Nabathæi [b] olitana patria. a

Secunda ut hora diei Persarum est patria, in qua ex Oceano summæ partis Meridianæ pertinens maximus Sinus Persicus ascribitur.

Tertia ut hora diei Araborum, quæ aromata profert, est patria; in qua ex Oceano Meridiano pertinens maximus Sinus, qui & mare Rubrum conscribitur, Arabicus esse dicitur.

Quarta ut hora diei Æthiopum [c] Auxumitanorum, Candacissi, & Troglo- c
dytorum est patria; in qua, juxta deserta & arenosa loca, quæ non longè ab Oceano sita sunt, & maximus lacus invenitur [d] Nusaclis, per quem transit flu- d
vius Nilus. Qui Æthiopes plerique dracone vescuntur, ut testatur Psalmigra- *Ps.* 73.
phus. Cujus patriæ ad frontem, ut ad

a Plin. lib. 6 cap. 28. Nabatæos recenset inter Arabiæ incolas. *Nabatæi*, inquit, *urbem includunt Petram nomine.* Strabo etiam lib. 16. de iisdem hæc habet Μητρόπολις τῶν Ναβαταίων ἐστὶ ἡ Πέτρα καλουμένη, Ναπαταῖοι sunt Ptolemæo.

b Olitana, id est vetus, seu jam olim nota regio. Consule, si lubet, eruditissimi Cangii Glossarium.

c Ab Auxumi urbe non incelebri sic dicuntur. Candacissorum vero nomen, propter Candacem reginam, à Christianis, inditum fuisse Æthiopibus, nullus dubito.

d Peutingerianæ tabulæ, quæ lacum hunc solæ mihi exhibent, quæque Mæotidi Paludi similem eum asserunt, scribunt Nusaptim.

mare magnum dicamus, grandis eremus,
a quæ & [a] Nitrenſis dicitur, rejacet. Et
poſt modum ſpatioſa Ægyptus, & Alexandria famoſiſſima.

Quinta ut hora diei Æthiopia Garamantium rejacet; in qua patria, non longè ab Oceano,
b [b] fluvius qui dicitur Ger dilatiſſimus currit. In qua patria ſunt
c montes qui [c] Naubaboni appellantur. In
d qua Æthiopia eſt lacus qui dicitur [d] Lycumedis, ſimulque lacus qui dicitur
e [e] Augitta. Cujus Garamantium patriæ ad frontem, multis præ medio ſpatiis, idem litus maris magni, Mauritaniæ Cyrenenſis ponitur patria.

f III. Sexta ut hora diei Æthiopia [f] Biboblatis ponitur, ubi eſt lacus qui dici-
g tur [g] Tage. Quæ patria, dum multum

[a] Celeberrima olim plurimorum Anachoretarum ſeceſſu, & vita penè Angelica.

[b] Fluvius hic Libyam interluit, à Ptolomæo Γεὶρ nuncupatur. Ger ſcribitur apud Plin. lib 6. cap. 1.

[c] Montes Naubabonos ſilent omnes Geographi, Nauvavon inferius ſcriptum reperies.

[d] Lycomedes legitur apud Ptol. ſed in Libya, non in Garamantibus.

[e] De Augitta lacu ſilentium ubique, niſi ſit Clearτis palus Ptolemæi, juxta quam Auchiſæ populi; & hos ſupra, Augilæ: iidem forſitan qui Αὐλῖται vocantur à Marciano Heracleot. in periplo Sinus Arabici, &c.

[f] Hæc eſt Ptolemæi interior Æthiopia.

[g] Tage lacus & Tuliatodi montes nullibi comparent apud veteres, ſed neque apud eos qui recens his de rebus ſcripſere.

existit caumosa, litus Oceani spatiosissimum desertum habet. In qua patria sunt montes qui dicuntur Tuliatodi, in qua litus Oceani, item fluvius Ger turbulentus currit. Cujus Biboblatis spatiosissimæ patriæ ad frontem, immensis præ medio spatiis, ut dicamus, litus maris magni, tota Africana ponitur regio, & Numidia atque Mauritania Cæsariensis.

Septima ut hora diei Mauritania adscribitur [a] Perosis vel patria Salinarum. In qua patria iterum maxima caumata esse videntur; in qua maximum deserti spatium est, & montes qui dicuntur [b] Lutricus. Post terga patriæ, procul infra Oceanum, tres magnæ [c] insulæ inveniuntur. Cujus à fronte patriæ, multa præ medio spatia, id est litus maris magni, in Mauritania adscribitur Tingitana, quæ confinalis existit supra scriptæ Mauritaniæ Cæsariensis.

[a] Perorsos populos habet Ptol. in Libya interiori, non procul à Sinu Hesperico; ad Mauritaniam Tingitanam pertinent ex Plinio, qui Æthiopas eos nuncupat lib. 5. c. 1.

[b] Montes hos frustra quæsieris apud alios auctores.

[c] De Fortunatis insulis id non videtur esse intelligendum: sex enim ab antiquis, à recentioribus vero septem recensentur; & de his præterea agitur ad finem libri quarti. Hesperidum quoque insulæ duæ dumtaxat numerantur à Plinio lib. 6. sect. 36. Quid peccaret qui versus Americam tres magnas insulas illas quæsiturus excurreret?

Octava ut hora diei Mauritania dici-
a tur [a] Egel, in qua patria juxta sinum
Oceani sunt montes, & ardere adscribun-
tur. In qua patria litus ipsius Oceani
b sunt montes, qui appellantur [b] Bracæ.
Cujus patriæ ad frontem, multorum mil-
liariorum spatia, id-est litus maris ma-
c gni, [c] Mauritania quæ dicitur Gaditana
ponitur, quæ Gaditana barbaro modo
Abrida dicitur. Quæ patria litus maris
magni confinalis existit præfatæ Mau-
ritaniæ Tingitanæ. In qua Gaditana pa-
d tria gens [d] Wandalorum à Belisario de-
victa in Africam fugit, & numquam com-
paruit. Cujus Gaditanæ patriæ proxi-
mum fretum Septem-Gaditanus esse ad-
scribitur.

Nona ut hora diei Spanorum famosissima est patria.

[a] Marocani regni partem, saltem aliquam, hoc nomine comprehendi facile crediderim: ad Oceanum siquidem positum est, à quo etiam Mauritania illa Egel, prius inaudita, alluebatur.

[b] Infra scribitur Praxe.

[c] In Africæ divisionibus, quas Scriptores alii exhibent, de hac mentio nulla, neque de Abrida cognomine. Abuda hîc legitur in codice nostro; verùm cùm non semel Abrida in consequentibus scribatur, ita constanter duxi reponendum, cum hac tamen observatione prævia.

[d] Procop hist. Vandal. lib. 2. notat quidem quod Vandalos, postquam eos devicit, non est insecutus Belisarius; sed quod in interiorem Africam fugerint, & deinceps non comparuerint, nec Procopius, nec Isidorus, nec ullus alius observavit.

Decima ut hora diei Gallitiæ, vel Spaniæ Vasconum est patria, quæ Gallitia ex prædicta Spania pertinet.

Undecima ut hora diei Vasconum est patria, quæ antiquitùs [a] Aquitania dicebatur.

Duodecima ut hora diei Britonum est patria, cujus post terga infra Oceanum, ubi longius est duorum dierum cum suis noctibus prosperè navigantibus iter, magna insula Britannia rejacet; quam Græcorum Philosophi quasi [b] Micosmin appellant. Et trans ipsam Britanniam trecentis milliariis spatiis, ubi longius Scotorum insula invenitur, quæ & Hybernia conscribitur. Nam jam ultra illam, ut ad occidentalem dicamus plagam, nullo modo ab hominibus terra invenitur.

IV. Itaque per totas quas signavimus horis diei patrias, jussu Dei qui producit ventos de thesauris suis, flant venti sex.

a Vasconiam ad Ligerim usque extendit, ut clarius patet ex consequentibus. Licet enim veterem tantum Aquitaniam, eam scilicet quæ intra Garumnam & Pyrenea juga coërcebatur, Vascones invaserint sub prima Regum nostrorum Dynastia; tamen medii ævi Scriptoribus solemne fuit Vasconiæ nomen imponere Aquitaniæ multis civitatibus, auctæ ab Augusto.

b Lege Microcosmum, aut saltem intellige.

ſimè duodecim horas diei expleat, & propinquus ſol collocetur, & ſine * rutido moræ pergens itinere. His ſi inveſtigator finem occaſus ſolis exquiſierit, nequaquam invenire putet, quia tantummodo creatori omnium cognitum eſt. Pari modo & orientalem plagam arbitrandum eſt, quia ex latere orientalis, quamvis dictum ſit, quod poſt terga ejuſdem Indiæ intranſmeabilis exiſtat eremus, ſicuti & in Scotia duodecima hora diei explicita ſupputatur; quia, ut diximus, poſt terga Britanniæ adjacet, quamvis per eamdem Scotiam ab humanis obtutibus infinitus Oceanus eſſe dignoſcitur. Nam plerique ſancti Patres, & nonnulli hujus mundi philoſophi ſcripſerunt quod trans-Indorum vel Britonum regionibus oritur, vel ponitur ſol; quod teſtatur in [a] ſanctis Baſilius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus in ſuo Hexameron. Sed ſanctus [b] Iſidorus Yſpanienſis, nam [c] Ligmius & Cathon, atque Iamblicus hujus mundi

a Hæc tantum exhibet Hexaemeron S. Baſilii hom. 6. Τῷ δὲ ἡλίῳ οὐδεὶς ἐστιν ἐσωτέρω, καὶ οὐδεὶς πορρωτέρω .. σημεῖον δὲ ὅτι καὶ Ἰνδοὶ καὶ Βρεττανοὶ τὸν ἴσον βλέπουσιν.

b Iſidoro recentiorem auctorem nullum laudat, cujus ſaltem ſcriptis potiamur.

c Multa alia occurrent ſcriptorum incognita nomina. Quid autem vel conjectura de illis aſſequi valui, in præfatione reperies.

philosophi in suis expositionibus decreverunt, quod verno tempore trans-Indorum vel Britonum regionibus oritur, vel ponitur sol.

VI. Et forsitan aliquis nostram expositionem renuens, cosmographis crediderit, qui cunctam quasi Orientis plagam descripserunt, & etiam Oceanum, vel juxta limbum ejus sita loca & regiones, quasi [a] minimus nominatim designaverunt. Ex quo omnibus Christianis dicere illicitum est, quia ut plerique philosophi decreverunt, nulli homini permissum est post terga Indiæ, quæ dicitur Dimirice Evilath, Oceanum reperire, quod & credimus, quia certissimè ita veritas esse probat. Nam, sicut præmisimus, si aliquis eisdem cosmographis magis quam nostræ expositioni crediderit, quod totum Oriens ab hominibus Oceano circumseptum perambuletur & nominatim describatur. Ad quos dicimus: Ergo ubi est ille immortalitatis suavissimus paradisus, qui in sancta Scriptura ad Orientem esse describitur, in quo noster protoplastus ab angue suasus, pessimè factoris jussum spernens, renuit vitam, exulque effectus necem meruit proprio

[a] lege *minutatim*.

arbitrio? Quamobrem nos credimus quod trans-Indorum Dimiricum Evilat patriam intranſmeabilem ab hominum itinere, ad orientalem plagam ipſe paradiſus eſſe oſtenditur, ſicut hic teſtatur in ſanctis Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus ab Antiocho exquiſitus præſide
» dicens: Teſtificatur mihi ſancta Scri-
» ptura dicens quod plantavit Deus para-
» diſum in Eden ad orientem, docet enim
» nos quia in extrema orientis totius ter-
» ræ eſt paradiſus. Quam ob rem aiunt
» quidam diſertiſſimi hiſtoriographi, quo-
» niam propterea cuncta aromatum genera
a » gignuntur,[a] in Magis orientalibus, hoc-
» eſt Indicis partibus, ſicut proxima para-
» diſi exiſtit provincia. Et quemadmodum
» palmæ maſculi proximè vicinantes femi-

* En locus integer depromptus ex reſponſione ad quæſt. 47. ad Antioch Princ. Μαρτυρεῖ ἡ γραφὴ λέγουσα. καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. Διδάσκει οὖν ἡμᾶς, ὅτι ἐξ ἀνατολῶν πάσης τῆς γῆς ἐστὶν ὁ παράδεισος. Ὅθεν φασὶν ἱστορικῶν ἀκριβέστατοι παῖδες, ὅτι τούτου χάριν πάντα τὰ εὐώδη τῶν ἀρωμάτων, περὶ τὰ ἀνατολικότερα, ἤγουν τὰ Ἰνδικὰ μέρη ὑπάρχουσιν ὡς πλησιόχωρα τοῦ παραδείσου τυγχάνοντα. καὶ ὥσπερ φοίνικες ἄρσενες τοὺς πλησιάζοντας φοίνικας θηλυκοὺς, τῇ πνοῇ τῶν ἀνέμων συμβιβάζοντες, καρποφόρους ποιοῦσιν· οὕτω δὴ καὶ ἐκ τοῦ παραδείσου τῇ τῶν ἀνέμων πνοῇ εὐωδία ἐξερχομένη τὰ πλησιώτερα τῶν ἐκεῖσε τόπων δένδρα ἀρωματίζειν ποιεῖ.

a Hic ômiſſa quædam, amanuenſium haud dubie vitio, reſtitui, ſcilicet verba illa *in magis orientalibus, hoc-eſt Indicis partibus.*

nas palmas per aspirationem ventorum « fructificare faciunt ; ita videlicet ex pa- « radiso ventorum flatibus flagrans aspira- « tio, vicinantium sibi locorum arbores a- « romata gignere faciunt ; taleque testi- « monium quod ipse existit fluvius. Nos « quippe dicimus quod omnia flumina ex terra in mare sua effundunt fluenta: nam nullo modo mari in terram ab humanis obtutibus procedere videntur, excepto reumaticam accessam. Quod legimus de fonte Arethusa ; illud verò quod in sacra Scriptura insertum est, & ejus similia ; quod ex alio fonte de alia insula mare per medium aqua cursum dat, quod multis modis probatum est. Et quia omni modo hoc ab omnipotenti potest fieri Domino, *quod omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: in locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant*, pro certo verum est : sed nullo modo ab humanis videtur obtutibus. Eccl. 1. 7.

VII. Et si aliquis ignoranter [a], quia ille homo forsitan, qui usque in extremum orientis Oceanum ambulavit, illum nobilissimum invenit paradisum, suisque pedibus perambulavit : sed fortasse Dei

[a] Supple *dixerit*, vel *cogitaverit*.

jussu ab oculis ejus absconsum est, quod ipse locus existeret paradisus, & nisi arbitrabatur eum esse velut unum de aliis locis, nam ipse erat certe paradisus. Et ad quem respondemus: hoc etiam si in humana mente assederit, velut unam de iniquis cogitationibus esse decernimus; quod qui corruptibilibus missus fuerat hominibus, aut sponte perambulans, suis corporalibus oculis potuisset, vel modo possit nobilissimum videre paradisum, aut pollutis terram sanctam perambulare pedibus. Plurimi enim quasi asmographi sub paganorum temporibus, antequam gens Romanorum potestatem dominandi accepisset sæculum, non dicimus quod totum mundum, nam orientalem, antequam Christi Dei nostri de incorrupto virginis utero corporalis fuisset præsentia, ante [a] orientalem plagam descripserunt ut dictum est. Et ubi fuit ille gladius versatilis, qui Dei jussu usque ad incarnationem ejus adventus custodiebat paradisum, quando homo corruptibilis carnaliter potuit ipsum ingredi paradisum? Nos [b] non dicimus quod justorum, quorum Deus jubet, animæ

[a] Lege, *occidentalem.*

[b] Particulam hanc positam pro altera suspicor scilicet pro *enim.*

ingrediantur

ingrediantur in paradiſum, ſicut credimus illius latronis fideliſſimi, ad quem ait Chriſtus Deus noſter omnipotens, qui tantummodo carne crucifixus eſt, *Hodie mecum eris in paradiſo.* Sed dicimus quia ſi ex peccatis anima peccatoris omnimodo ingredi prohibetur in paradiſum, quanto magis autem à terreno miſſi [a] domino, aut ſponte homo peccator corporaliter ambulans, Dei juſſu ipſum ingredi prohibeatur in paradiſum? *Luc. 23. 43.*

VIII. Legimus etenim illum magnum Regem Macedonum Alexandrum, dum trans-Indorum patriam eremum diebus perambulaſſet plurimis, non ſolum à Stoïcis ex Indorum genere hominibus, ſed & à dæmonibus, qui etiam nolentes proferre veritatem, ut aſſolent, accepit reſponſum iſdem Alexander, quod infinita apud humanos greſſus illa exiſteret eremus, & ideo quidem ad propria remeandum, ipſe regrediebatur Alexander. Sed & in eodem libro Alexandri, dum de Macedonia propria movit patria, Dariumque regem Perſarum

a Dionyſium à Philadelpho miſſum fuiſſe ut Indiam luſtraret, docet Plin. lib. 6. ſect. 21. Strabo quoque lib. 2. Megaſthenem, ait legatum miſſum fuiſſe Palimbotra ad Androcotum.

occidit, demum Porum regem interfecit Indorum; nullo modo invenitur quod Alexander mare transisset, & sic usque in eremum quæ est trans totam Indiam perambulasset: sed magis tam ipse Alexander quamque infinitus ejus exercitus, equites, pedestres cum vectis[a] gladiis, in illis ambulasse describuntur partibus. Itaque alii fallaces pseudo-cosmographi præfata flumina, id est Tigrin & Euphraten, ex montibus Armeniæ processuros historicaverunt. Sed & hoc absit quod veritas sit.

Non ergo in Armeniorum terra ille suavissimus paradisus esse ostenditur. Et quomodo in oriente paradisus esse adscribitur, si in Armenia esse putatur? Qui Persæ Parthi super ipsam ponuntur Armeniam, quæ Armeniorum terra infertilis esse adscribitur, immo magis præ omnibus Orientalibus regionibus frigida esse clarificatur, & plus montuosa quam plana asseritur. Et ubi est locus epulationis, ac omni odore suavitatis plenus, sicuti oportet credere quod suavissimus existat paradisus? Nos videlicet credimus, sicut sancta Scriptura continet, quod ex fluvio qui de paradiso egredi-

[a] Forte *convectis*.

tur, quatuor flumina, id eſt, Geon, Phyſon, Tigris, & Euphrates procedant per omnia. Et plerique gentiles philoſophi in ſuis expoſitionibus decreverunt, quod de duobus fluminibus de trans-Indorum patriæ eremo, de loco inveſtigabili, per diverſas procedunt patrias, quod ipſe Tigris & Euphrates inviſibiliter diſſerpentes hinc inde terram per immenſorum milliariorum ſpatia, juxta Armeniæ montes manifeſtantur. Qui poſt modum implentes copioſam terram Aſſyriorum, Meſopotamiam luce clarius deſignant. Quamobrem nullus tali expoſitioni diſcredat, & aliis credat, quod in extremo Oriente, id eſt, poſt terga intranſmeabilis eremi Indiæ Damericæ Evilath, Oceanus apud homines inveniatur, atque de meridiano Oceano mare procedat in Septentrionalem, dividens terram & mundi thetam [a] deſignent; vel quod ex Armeniis montibus, quod abſit, Tigris & Euphrates exurgat; ſed magis magiſque quod contra ſanctam Scripturam apparet, totis ſuis cum niſibus renuat & immaculatam fidem Chriſtianorum alacri animo diebus vitæ ſuæ amplectatur, ut ab æterna damnatione ere-

Gen. 2. 10.

[a] Forte *metam*.

ptus, cælorum gaudiis perfrui mereatur.

IX. His etenim expletis altercationibus, quia opportunum eſt unde res exigit ut loquamur, & noſtrum propoſitum expleamus, Septentrionalemque diligentius plagam, in quo valeamus, Chriſto juvante, enarrare non omittamus, ſicut philoſophorum cœtus inter reliquos ſuos ſermones determinat.

Quod ſol ſub profunditate Oceani Arctoam partem noctu exambulat, habentes quaſi teſtimonium ſanctæ Scri-
Gen. 19.23. pturæ, quæ dixit quod *ſol egreſſus eſt ſuper terram & Loth ingreſſus eſt Segor.* Et
a alibi: [a] *Oritur ſol & occidit ſol & in locum ſuum ducitur, oriens ipſe vadit ad Auſtrum & gyrat ad Aquilonem.* Et proponunt, quia ſi aliquis voluerit dicere quod non dicit ſancta Scriptura clarius, quia ſub profunditate Oceani vadit ſol ſpatium per nocturnum. Ad quos reſpondemus: quomodo dictum eſt, quia *ſol egreſſus eſt?* Nam non potuiſſet ſancta Scriptura dicere, reſpexit ſuper terram, ſi altitudinis non fuiſſet ſermo. Nam ſi diverſus ſol egreſſus eſt ſuper terram, ſignificaret quod de profundo ſol procedat in

a Locus hic paulo aliter legitur in Bibliis noſtris vulgatis. Eccle. 1. 5.

ſuperioribus. Nam ſancta Scriptura de hoc capitulo ita proponit. Sed & teſtari ſibi hoc ipſum [a] nullos mundanos philoſophos, inter quos Liginium & Ptolemæum regem Ægyptiorum ex ſtirpe Macedonum Arctoæ partis deſcriptorem, aſſerunt: ſed & Rigilinus, ut dicunt, philoſophus ita decrevit. O creatoris inclyta, & valida potentia! [b] Sat mira cuncta quæ geſſit arcana providentia; cujus juſſu lux orta, deſiſtunt ſtatim tenebræ, occubante Titane prorſus aſſiſtunt terræ ſedulæ, nocteque ſol igniformus partem Arctoam ambulat, Zozaïco itinere ac per immenſos latices. Sed ô mirandus artifex qui fecit ut igniformus comiſit * ortus Nimfibris nunquam exuret latices, à lymphis nec extinguitur, ut foret ignis aſſolet inleſis ut permaneat! Utiquam in ſervitio iſdem currens igniformus, juſſu factoris peragrat, remeans unde oritur, rurſus refulget ſedulè. Nam alii philoſophi hoc prudentes viri dixerunt, quod in Arctoa parte infra Oceani mare, innumerabili ſpatio, inveſtigabili itinere, Dei juſſu maximi, ſunt montes, poſt quos, quando ſol occaſum accipit, totam perambulat

a
b
* ſic

[a] Forte *nonnullos.* | [b] Forte legendum, *Sunt.*

noctem, usque dum rediens secundum suum tempus mane, post ipsos montes iterum hominibus apparet. Et proinde quoties luna ex radio solis quo tenem... eclipsin patitur.

X. Sed alii philosophi, qui, ut supra diximus, eum quasi sub profunditate Oceani ambulaturum dixerunt, dum multas altercationes in suis proposuissent opusculis & hoc ipsum altercaverunt dicentes, quod vel si alii dicunt quia infra Oceanum, innumerabili spatio itineris sint montes, post quos sol vadat, &c. Hoc nullo modo veritas est, quia Oceanus totum circuiens mundum, finis ejus ultimus Dei jussu nullo modo invenitur. Et quis vidit suis oculis illos montes? Ubi in sancta Scriptura esse leguntur? Ad quos obviantes illi philosophi & prudentes viri respondent, & nos ita dicimus, quod Oceani ultimus apud homines finis non invenitur: sed dicimus quia sunt montes creatori cogniti, apud homines inreperti, sublimes atque investigabiles, post quos, ut fati sumus, sol gradiens iterum refulget hominibus. Nam si quis ex vobis suis vidit oculis, quod sol sub profunditate perambulet, & reliqua. At ubi hoc in scriptura in-

sertum invenistis quodam modo? Ad quos iterum obviantes illi alii philosophi dicunt: Nos nostris oculis nunquam vidimus, quia nec permittitur à Deo humanis videri obtutibus: nam in scriptura legimus quod supra diximus, quia *sol egressus est super terram & Loth ingressus est Segor.* Igitur interrogamus vestram solertiam: Ut quid aquæ maximè puteorum, hyemali tempore sunt calidæ? Ideo calescunt hyemali tempore, majores dum existunt noctes, & sol moras facit per aquas ambulando: & æstivo tempore noctes minores dum existunt, celeriùs sol super aquas transiens, eas calefacere non occurrit. Quapropter dicitur quod sol sub profunditate aquarum Dei jussu nocte gradiatur. Ego denique relinquens aliquas has altercationes, dico, quod certissimê non benè solvo Salomonem, vel in partem Aquiloniæ nocte ambulat: nam quomodo & qualiter, tantum modo Deo nostro est cognitum. Sed ut ad propositum redeamus, ut dictum est, per nocturnos occursus solis, Christo nobis auxiliante, possumus arbitrari quomodo litus per latum Oceanum Arcton è regione ponitur.

XI. Prima ut hora noctis Germano-

a rum est patria, quæ modo à [a] Francis dominatur, ut superius dictum est, cujus post terga, infra Oceanum, prædicta insula Britannia, dum nimis est latissima, invenitur.

Secunda ut hora noctis, ex parte ipsa
b Germania, vel Frixonum [b] Derostates est patria, cujus post terga infra Oceanum inveniuntur [insulæ].

Tertia ut hora noctis Saxonum est patria, cujus post terga infra Oceanum insulæ inveniuntur.

Quarta ut hora noctis Nortmannorum
c est patria, quæ & Dania ab [c] antiquis dicitur; cujus ad frontem Albes, vel

a Id minime dixisset auctor si post Caroli Calvi scripsisset imperium.

b Dorestadum, aliis Dorestatus, Batavorum vetus oppidum fuit. *Dorstad vicus famosus* vocatur in vita S. Gregorii Abbatis Trajectensis. Act. sanctorum Ordin. S. Bened. sæculi 3. parte 2. pag. 326. Fuit Nortmannorum incendiis deformatum. Id evenisse ad annum 834. annales Francorum Bertiniani significant. *Per vetus Trajectum*, inquiunt, *ad emporium quod vocatur Dorestadus venientes* Nortmanni *omnia diripuerunt*, &c. Hodie *Wiick te Duerstende* nuncupatur. Hinc Frisones Derostates, vel è contra à Frisonibus Derostatibus, urbis Dorestati nomen.

c Procopio antiquiorem vidi neminem qui Danos, vocet incolas Regni illius quem nos *Dannemark* appellamus: Nortmanni & Dani confuse nominantur ab Eginhasto, & aliis ejusdem sæculi scriptoribus. Sub Nortmannorum vero nomine Scandiæ incolas omnes collectos reperies, apud Sigebertum & alios.

patria Albis. [a] Maurungani certissimè antiquitus dicebatur. [b] In qua Albis patria per multos annos, Francorum linea remorata est: & ad frontem ejusdem Albis, Datia minor dicitur, & dehinc super exaltata est, magna & spatiosa Datia dicitur, quæ modo [c] Gipidia ascribuntur: in qua nunc Unorum gens habitare dinoscitur; post hinc Illyricus usque ad provinciam Dalmatiæ pertingit.

a
b
c

Quinta ut hora noctis [d] Scirdifenno- d

[a] Maurunganorum meminit vetus auctor Geographicæ tabulæ editæ ad calcem Sanuti in libro cui titulus est, *Gesta Dei per Francos.* Præterea apud Paulum Warnefridi lib. I. cap. XI. legitur quod Langobardi de Scoringa in Mauringam transire disponebant. Et cap. XIII. quod *in Mauringam pervenientes, ut bellatorum possent ampliare numerum, plures à servili jugo ereptos ad libertatis statum perduxerunt.* Scoringa autem Baltico mari erat vicina, nam è Scandinavia egressi Vvenili, ibi primum stetere, ex eodem Paulo Vvarnefridi cap. 7.

[b] Albi etiam populi & Alba regio, quæ etiam magna Chrobatia dicebatur, occurrit apud Constant. Porphyrogenit. de administrando Imperio capp. 31. & 32.

[c] Apposite ad hanc sententiam Jordanes cap. 12. de Rebus Geticis: *Daciam dico antiquam, quam nunc Gepidarum populi possidere noscuntur;* & paulo post: *Quam Daciam appellavere majores ... nunc ut diximus Gepidia dicitur.*

[d] Vir clarissimus Hugo Grotius legit *Scerdefenorum* & *Recfenorum*, monetque scribendum esse *Scridfenorum & Redefenorum*, id est Fenorum, sive Finnorum qui curru, & illorum qui rhedis, sive trahis utuntur. Hæc autem reperies in prolegomenis ad historiam Gothorum, Vandalorum & Langob. pag. 5. ubi lucubrationem hanc vocat Chorographicum vetus non editum.

rum, vel Rerefennorum eſt patria.

XII. Sexta ut hora noctis Scytharum eſt patria, unde Sclavinorum exorta eſt proſapia: ſed & [a] Vites & [b] Chymabes ex illis egreſſi ſunt. Cujus poſt terga Oceanum non invenimus navigari.

Septima ut hora noctis Sarmatum eſt patria; ex qua patria gens Carporum, quæ fuit ex prædicta, in bello egreſſa eſt. Cujus poſt terga Oceanus innavigabilis eſt.

Octava ut hora noctis Roxolanorum eſt patria; cujus poſt terga inter Oceanum procul, magna inſula antiqua Scythia reperitur. Quam inſulam plerique philoſophi hiſtoriographi conlaudant, quam & Jordanus ſapientiſſimus coſmographus Scanzam appellat, ex qua in-

[a] Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum per Venerab. Bedam conſcriptæ priores editiones Vitas inter tres Germaniæ fortiores populos recenſent. Verum poſtrema Jutas, & rectius quidem, ut opinor, ſcribit. Quinam ergo fuerint Vites illi? An legendum erit Antes? Hi etenim ut docet Jordanes cap. 23. cum Venetis & Sclavis *ab una ſtirpe exorti tria nomina reddidere.*

[b] Huic verbo *Chymabes*, *Chamavi* ſubſtituendū quis forte ſuſpicaretur; verum antiquiores longe ſunt Chamavi, quam ut ex Sclavinis, ſeu Slavis ortos exiſtimare poſſimus. Chamavi ſiquidem noti ſunt Tacito: Sclavorum autem ante Procopium, ſi non me mea fallit opinio, nullus meminit.

ſula pariterque gentes occidentales egreſſæ ſunt. Nam Gotthos & [a] Danos, a imoſimo ſimul Gepidas, ex ea antiquitus exiſſe legimus.

Nona ut hora noctis Amazonum eſt quæ ab antiquis dicitur patria, poſtquam eas de montibus Caucaſiis veniſſe legimus. Cujus poſt terga ad frontem ſpatioſa antiqua Dardania ponitur, & deſuper ut dicamus ex latere paludes maximæ inveniuntur, quæ & Mœotides, appellantur: & ſicut alii philoſophi enarrant, per multorum milliarium ſpatia aliqua pars prælatæ ab hominibus per ambulari [b] poteſt. b

Decima ut hora noctis grandis eremus & nimis ſpatioſa invenitur, cujus à fronte, vel latere gens [c] Gazorum adſcribitur, c quæ eremoſa & antiqua dicitur Scythia.

Undecima ut hora noctis Caſpium

[a] Hic Grotius legit *imo ſimul* pro imoſimo, vel alio uſus codice, vel ſaltem amanuenſis vitio corruptam dictionem inſtaurans.

[b] Imperviam Hunni exiſtimantes juxta ripam hujus Paludis aliquandiu hæſere, donec cerva ex improviſo indicem viæ ſe illis præbuit, ut habet Jordan. de rebus Getic. cap. 24.

[c] Gazurii & Chaſiri appellantur inferius ipſo initio libri quarti, Chazari à Conſtant. Porphyrogen. de Adminiſtran. Imperio, qui cap. 42. meminit Sarcel, Σαρκελ urbis ad Tanaïdem in Chazaria excitatæ per Theophilum Imperatorem petentibus Chazariis.

portæ, vel vicus extremus Taurus ſit, qui Caucaſus unus & iterum intranſmeabilis eremus eſſe conſcribitur.

Duodecima ut hora noctis antiqua Albenia, ſed & Hircanorum Yſſeon ſimulque Parthorum eſt patria, quæ cum ante dictis Indis Bactrianorum ut ſpatioſiſſima, & confinalis eſſe dinoſcitur.

XIII. Itaque per totas duodecim quas deſignavimus horis noctis, patrias, juſſu Dei qui producit ventos de theſauris ſuis flant venti ſex exinde. Et ſi obſtans litigator dixerit, quomodo qualiter una hora per unam gentem ſupputatum eſt univerſæ diei quamque noctis, dum eſt gens quæ juxta ipſum reſidet Oceanum, quæ tenet litus ipſius Oceani per multogento millia. Maxime dum aliæ gentes rejacent per longum litus Oceani ampliſſime; aliæ vero rejacent ex tranſverſo; aliæ propè; aliæ longè ab Oceano reſidentes, tantum modo mucronem ſuum uſque ad Oceanum expergunt. Ad quem Chriſto juvante reſpondemus quia verum eſt: ſed recordare, ô amice, quod prædiximus de mutatione gentium ſibi, quod penè tres horas detinet; & iterum invenies nunc

tres, vel quatuor gentes præ metu aliarum in unum coartatas, quæ neque unius horæ ſpatium detinent. Unde nobis ita & aliæ decernuntur. Tamquam in Æthiopum gente aliquantæ horæ ſupputatæ ſunt, & aliarum gentium liquidius habitationes ediſcere poſſumus. Sed ſi legeris Odocaræ bellum quod geſſit Trajanus Romanorum Imperator, quando litus totum Arctoüm Oceanum ambulavit, quando & Dacorum regem devicit, mirificè ibidem invenies quomodo mirabantur Romanorum ſapientiſſimi arbitrantes detineri terram æqualiter.

XIV. Et ſi aliquis propoſuerit dicens non ritè, ſed magis ignoranter per horarum noctis ſeptentrionalis plagæ circum limbum Oceani poſitæ patriæ ſupputatæ ſunt. Dum quandoque horologium non eſt, & fortaſſe, ut adſolet, nox caliginoſa exiſtens nullo modo valet homo noctis ſupputando intueri horas, per quas, ut dictum eſt, cognoſcere poſſit præfatas patrias. Quibus reſpondendum eſt: quomodo ergo in ſanctis Scripturis inſertum eſt quod *factum eſt noctis medium, percuſſit Dominus omnem primogenitum in terra Ægypti*: & pſalmo- *Exod. 12. 29*

Ps. 118. graphus David ait: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justitiæ tuæ*; & in Judith continetur ita,
a *induxerunt illam servi* [a] *Holofernis in tabernaculum & dormivit usque ad mediam noctem.* Sed auctor vitæ Christus Dei Filius, Deus noster omnipotens, in para-
Matth. 25. 6. bolis suum per eloquium ait, *Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit exite obviam ei.* Nam & in Actibus Aposto-
Act. 16. 25. lorum continetur: *Media nocte Paulus quoque & Silas adorantes laudabant Dominum:* & reliqua. Et si aliquis dixerit, quia non reperitur in sancta Scriptura quod sexta, vel qualibet hora, una ex duodecim horarum noctis supputatio, nisi tantum media nocte, ut præfatum est, asseritur. Ad quem respondemus, quomodo possumus cognoscere mediam noctem, nisi quemadmodum per sextam horam determinabitur? Ita & sapientissimi viri prudenti arbitrio media nox, vel sexta hora bene æstimatur. Et si sexta hora sicuti facimus mediam noctem, determinat; ergo possumus superius à prima hora usque ad sextam per-

a Hæc ex parte leguntur in libro Judith cap. 12. 4. Sed *dormitionem usque ad mediam noctem* Biblia nostra vulgata non exhibent.

tingere: dehinc inferius à sexta usque ad duodecimam horam noctis supputandum explet. Nam tertiam horam noctis manifestè, sicut in Actibus Apostolorum scriptum est: *Vocatis tribunus duobus de centurionibus dixit illis: Præparate milites ducentos, ut eant usque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos à tertia hora noctis, & jumentum præparate, & imponentes Paulum salvum perducite ad Felicem præsidem.* *Act.* 23. 23.

XV. Sed & si capacitate hujus rei, indagatoris plura inquirendo sensus vagaverit, & per horas noctis supputando patrias testimonium ut adipisci noluerit idiotico more; dicimus vel patriam assimilare debeat, id est, quas in prima diei patrias esse designavimus: & tunc ad frontem ejusdem patriæ septentrionalis plagæ patrias, quas in duodecima hora noctis esse supputavimus, æstimet quo maneret. Et si post hinc cunctas horas diei horarumque noctis per designatas assimilet patrias, & post modum Christo nobis auxiliante expositionem quam supra, vel inferius designavimus, veracem esse reperiet. Nam & si quis ex contentionariis dicere voluerit quod quasi totius noctis horarum suppu-

tatio per tantummodo Europam nominata eſt, & in fluoſas maritimas inundationes inciderit, volens dicere quod tam magna nobis dicta ſit Europa, id eſt, portio Japhet, quemadmodum utriuſque fratris, id eſt, Sem & Cham; & quod in ſola Europa tota nox ſupputata eſt, ſicut in portione duorum fratrum totus ſupputatus eſt dies. Nullus etenim hoc arbitretur, quia quando, ut ſupra dictum eſt, tempore per ſupputationem horarum ſingulas deſignavimus patrias maximæ partis Europæ, ſol tranſiens collocatur. Quamquam mediante verno tempore nox minor die demonſtratur.

XVI. Nam & ipſa Europa anguſtior quam Africa eſſe dinoſcitur. Quanto magis prædicta Aſia anguſtiſſima eſſe probatur? Et dum eſt ipſa Europa arta in loco protenditur. Et ſi hoc inquiſitor lectionis diſtulerit, vel prudenter ambulantes viros interroget quemadmodum dicimus, præfata Europa nullo modo alibi amplius dilatatur à mari magno uſque ad Oceanum, niſi ad patrias Dalmatiæ, quæ ponitur ut diximus ſuper mare magnum. Quæ patria Dalmatia, quamvis in medio ſint diverſæ patriæ, attamen recto itinere reſpicit ad Daniam,

quæ

quæ, ut diximus; juxta Oceani litus ponitur.

Aſia verò ampliſſimè dilatatur à provincia Bithyniæ patriæ, quæ ut diximus, ponitur ſuper mare magnum, idem anguſtum quod exit de mari magno Pontico in Propontida. Æthiopia autem ponitur circa Oceani litus. Qua Bithyniæ, vel ſi medio propoſitis multis millibus ſpatiis, tamen recto itinere ad Arabiam reſpicit. Et vel à ſapiente viatore doctus, ô inquiſitor crede quod quanto magis eſt dilatiſſima Aſia quam ſupra ſcripta Europa; & tunc animadverte, quod à nobis, Chriſto auxiliante, univerſæ patriæ veraciter deſignatæ ſunt.

XVII. Nos denique volumus Chriſto nobis auxiliante plurimas civitates, vel flumina tam circa litus quatuor principalia colſora maris deſignare id eſt.

Primum colſum orientalem qui remigatur juxta litus ab Alexandria, & Tyro, & Sidone uſque Laoditia, ubi fluvius Orontis, qui venit de Syria per civitatem Arethuſam, in mare ingreditur, gyrans ipſe orientalem colſum uſque ad Epheſum.

Secundum colſum Ponticum qui re-

migatur juxta litus maris ab Hiero &
a [a] Chaldæorum terra uſque ad Lazorum
b patriam. Revolvitur autem ab [b] Aſilia
c d e [c] Avaſgia, [d] Phanugoria uſque [e] Voſporum, vel Cherſona uſque introitum Danubii fluminis in mare.

Tertius colfus eſt occidentalis qui remigatur juxta litus maris à loco qui dicitur Diana, qui eſt ſub Dyrrachium, per Dalmatias, Iſtriam & Venetias. Revolvitur Heſperius colfus ab Altino & Ravenna per fines Pentapoleos Spoletaneorum, & Beneventanorum uſque Veretum, qui eſt ſuper Hydrunta.

Quartus colfus Gallicus, qui inchoatur àcivitate Regio, & remigatur juxta

[a] Cum procul hinc ſint Chaldæi, nullatenus dubito quin hic legi debeat *Achæorum terra*: Hierus ſiquidem urbs & fluvius eſt ad Pontum Euxinum in Sarmatia Aſiatica, ubi etiam Achæi, Ptolomæo, Plinio & Dionyſio teſtibus; Chaldiæ Thematis nihilominus ſub Trapezo metropoli meminit Porphyrogenit. de Thematib lib. 1. them. 8. ſed hoc à ſententia mea non me revocat.

[b] Lege Abſilia, vel Apſilia, quo de loco agemus ad lib. 4. interim conſule ſi lubet. Procop. lib. 4. Gotthicæ Hiſtoriæ cap. 9. ubi & de Abaſgis.

[c] Abaſgos, unum eſſe genus cum Iberis & Alanis aſſerit Tzeta: Ἀβασκοὶ in Colchide ſunt Arriano. Ἀβάσκος vero fluvius Sarmatiæ Aſiaticæ in Pontum Euxinum ſe exonerans eidem Arriano & Ptolemæo.

[d] Ptolemæus, Strabo, &c. legunt *Phanagoria*. Eſt autem oppidum Aſiaticæ Sarmatiæ ad Boſphorum Cimmerium.

[e] Boſporum, ſeu Boſphorum intellige.

litus maris ſpatioſiſſimæ nobiliſque Italiæ, circuiiens à Marſilia Septimaniæ per totam Hiſpaniam, uſque ad fretum quod ſupra diximus Septem-Gaditanum.

XVIII. Et a ſupremo ut dicamus, totas patrias & plurimas earum civitates, ſeu diverſa flumina, quæ per ſpatioſiſſimum mundum ponuntur, volumus deſignare. Sed & inſulas & Cheroniſos, Cycladas & Sporadas, ſeu Dorcadas per mundum poſitas volumus indicare.

Potuiſſemus etenim Chriſto nobis juvante ſubtilius dicere totius mundi portus & promontoria, atque inter ipſas urbes, [a] milliaria, vel quomodo cunctæ patriæ, aut qualiter ponuntur mirificè depingendo deſignare. Sed ideo, tamquam lectionem noſtram coſmographiæ exactiorem facientes, omnes deſignationes, vel quæ plura fuerunt polylogia fugientes, taciturnitati commendavimus. Prælatas verò patrias earumque plurimas civitates, ſeu flumina, ut promiſimus, in-

a Locorum diſtantiam ab invicem ſignari ab ipſo potuiſſe abſque labore gravi inde colligitur, quod ſæpe ſæpius quæ ſcribit ex iis mutuatus eſt, qui eam deſignabant. Id autē ex eo conficitur, quod fere ſemper urbium nomina non in recto, ſed ablativo & accuſativo caſu exprimat; quod iis ſolemne eſt qui milliaria ſupputant, ut videre eſt in Antonini itinerario, & in Peutingerianis tabulis.

dicare volumus. Nullus tamen exiſtimet, quod diverſas nominatim modo gentes enarremus, ſed ut diximus patrias ſitas in Aſia quæ ſingillatim nominatæ ſunt; in portione Sem filii Noë.

LIBER SECUNDUS.

ASIA.

I. PRIMA Patria eſt India quæ dicitur [a] Dimirica [b] Hevilat, quæ apud homines quomodo ad orientalem plagam finita invenitur. In qua India Dimirica plurimas fuiſſe civitates per quoſdam philoſophos inferius deſignatos legimus: ſed ego ſecundum Caſtorium philoſophum aliquantas deſignare volo. id eſt, juxta illud quod prædiximus intranſmeabile deſertum, eſt civitas quæ dicitur

[a] E regione Taprobanæ inſulæ ponitur Scythia Dymirica in tabulis Peutingerianis: ſed & Ganges fluvius inter Scythiam Dymiricam & Damiricen regionem dividit in eiſdem tabulis. Damirice autem Peutingeriana eadem videtur eſſe cum noſtri Anonymi India Dymirica.

[b] De regione Hevilath Geneſ. 2. 11. mentio occurrit. In codice noſtro legitur Evilat, ſed frequens in eo omiſſio aſpirationis. Poſt Brachmanos ἡ χώρα τῶν Εὐιλεῶν recenſetur à vetere ſcriptore anonymo expoſitionis totius mundi & Gentium editæ cum notis Jac. Gothofredi I. C. Καὶ τούτων γῆ μονῶν πεντάκοντα δυοῖν, inquit idem ſcriptor, aut potius Gothofredus ipſe, in verſione græca, quam adornavit ut incautis fucum faceret, perſuaderetque auctorem hunc græce ſcripſiſſe.

[a] Palanda. Et postmodum sunt civitates id est [b] Sinna, Bonogaris, Bilimasgra, Sainpa, [c] Moduram, [d] Samar, Corubantaci, Mirris, Saotis, [e] Cosimbiæ, [f] Indavadara, Tol. bum, Absa, Distiappa, Nincibala, Parogaarum, Immata, [g] Carsamir, [h] Opidium, Scobarum, [i] Antiochia Tarinata, [k] Dosora, [l] Co-

[a] Ptolemæus urbem *Palandam* statuit in Aurea Chersoneso. Eam nonnulli stetisse suspicantur ubi nunc *Palimbam* in Sumatra insula: alii rectius ubi *Pari* in meridionali parte regni *Siam*.

[b] De ista intelligendus videtur Stephanus cum scribit Σῖναι μητρόπολις τῶν Σινῶν, περὶ ὧν φησὶ Μαρκιανὸς ἐν περίπλοις. Θεῖναι Ptolemæo dicitur.

[c] Modura duplex occurrit apud Ptolemæum: una ex his Pandionis regia dicitur. Pandion autem regio vulgo creditur, & utique in codice Palatino Ptolemæi, Πανδιόνων occurrit, ubi aliis est Καρδιόνων. Verum Pandionis regiam Moduram, immo & ipsam regionem dici suspicor à Pandione Indiæ Rege, qui Augustum muneribus & legatione coluit, ut refert Strabo lib 15.

[d] An inde dicti, *Samarabriæ* populi circa Indum fluvium, de quibus Plinius? In geographia Nubiensi parte 1. climate 2 occurrit *Sama* urbs non procul ab his regionibus.

[e] Κοσσίμβα urbs Indiæ intra Gangem Ptolemæo.

[f] Est quidem Ινδαβάρα, apud Ptolemæum, sed plurimum remota à Cosamba, quæ Indavadaræ proxima videtur extitisse.

[g] *Carsania*, Peuting. tabulæ.

[h] Forte oppidum Scobarum. *Scobaru* autem absolute exhibet Peuting. tabula in Dimirice.

[i] *Antiochia Tharinata* cum aspiratione scribitur in Peuting.

[k] Δώσαρα Ptolemæo ad Dosaronem fluvium.

[l] Κουαχομέρα Ptolemæo.

ropatina, Garafana, [a] Coliphiſſindorum, [b] Calippa, Pitinna, [c] Camagora, Paloris, [d] Agaris, [e] Blinca, [f] Coziara, Cotizilaris, Claminia, [g] Maziris, Ceta, Aima, [h] Patinnæ, Nilcinna, Aruata, Arcon, Cetis, Elcundis [i] Corucara, [k] Patitana, Rana, [l] Beſtigia Daſelenga, Bainna, Bauterna, Alexandria, [m] Achirea, [n] Binnagar, [o] Parazene Aradarum, Ale-

[a] *Colciſindorum*, Peuting. tabulæ. Legi debet diviſim, ut puto, Colcis Indorum: eſt enim Κόλχοι ἐμπόριον in India Ptolemæo, unde dictus Colchicus ſinus.

[b] *Calippe* ſcribitur in eadem Peut. tab.

[c] Eſt apud Ptolemæum Καντιγάρα & Καμιγάρα. Sed cum hæc procul & ad Indum flumen, illa vero inter Paluram, quæ Paloris noſtra eſt, & Doſaram ſitum habeat; Cannagaram Ptolemæi, Anonymi noſtri eſſe Camagoram, mea eſt opinio.

[d] Apud Ptolemæum Ἄγαρα, quidem eſt in Ambatis, ſeu Ambaſtis. Hæc tamen in ſitu propius accedit ad Ἀγάρου πόλιν, ut legitur in MS. codice à Bertio laudato, quæ eſt ceterorum Ἀγρίαρου πόλις ad ſinum Argolicum.

[e] *Blincam* antea ex ſola Peuting. tab. habebas.

[f] Κοττιάρα μητρόπολις Ptolemæo, Cotiara ſcribitur in Peuting. tabula.

[g] Μουζίρις ἐμπόριον Ptolemæo, Muſiris Plin. lib. 6. ſect. 26. primum emporium Indiæ, urbs cum lacu cognomine Peuting. tabulæ.

[h] *Patinæ* cum unicon Peuting. tab. locus cæteris incognitus.

[i] Eamdem hanc eſſe ſuſpicor cum Ptol. Κορουγκάλα.

[k] An Ptolemæi Παπτσάμα in Chatræis. Verum à Coruncala plurimum diſparatur.

[l] Fortè Βλισυγα ἐμπόριον τῆς Ἰνδικῆς Stephano, aut *Beſtia Deſeleutia*, Peuting. tabulæ.

[m] *Ochirea*, Peutinger. tab.

[n] Ptolemæi Binnagara.

[o] *Tabarene*, Peuting. tabulæ. Φαραζάνα Drangianæ urbs, aut ſaltem vicus eſt ex Ptolem. lib. 7. cap. 19.

xandrium, [a] Ora, Alexandria Bucephalos, Albi Alexandri, Caumatis, Fasca, Pasate. Per quam patriam Indorum diversa flumina currunt, inter cætera quæ dicuntur, id est, [b] Aumes & Parcois.

II. Secunda autem patria quæ dicitur India major, quæ [c] Thermantica atque [d] Elatis appellatur, quæ est dextræ partis Indiæ Dimiricæ; in qua India plurimas fuisse civitates legimus per ipsos philosophos, sed ego secundum præfatum Castorium aliquantas designare volo, id est, Mouvastica, Cameza, [e] Pictis, Stalec, Antopolis, Modmot, Antera, Gobdia, Belfra, [f] Crubicaria, Djvina, So-

[a] Oræ expugnationem per Alexandrum Magn. memorat Arrian. sub finem lib. 4: de Gestis Alexandri Magni. Præterea in tabulis Peuting. *Rana*, *Bauterna*, *Aradarum*, *Alexandria Bucephalos*, & *Caumatis* exhibentur, ceteræ nusquam, quod sciam.

[b] Pro Aumes scribitur *Aunes*, in Peutinger. tab. Sed fluminis nomen nullum his in regionibus novi, quod ad Parcois propius accedat quam *Palerv*.

[c] Thermanticam dici par est credere ab urbe Thermantica, quam cum Anonymo nostro memorat Peutinger. tab.

[d] Infra scribitur Elamatis. Quæ lectio huic videtur præferenda; ab Ælam siquidem, de qua in Scriptura sancta, nomen istud mutuatum suspicor, licet Ælam de qua sacra Biblia in Perside, aut in Media esse ut plurimum existimetur. Sunt qui Persas & Medos concludi intra regionem Ælam opinentur; verum à Medis saltem distinguuntur Elamitæ Act cap 2.

[e] In Peutingeriana tabula *Pyctis* scribitur.

[f] In Peut.tab.leg. *Orubicaria*.

ſtrate, [a] Porrepa, [b] Neſſaci, Aſpada, Anardane, Murgæ, [c] Termantica, Aris Baceſia. Quæ India major Termantica ut ſupra diximus ab antiquis Elamatis dicitur. Per quam Indiam Termanticam tranſeunt plurima flumina, inter cætera quæ dicuntur Vinenora & [d] Orcois.

III. Tertia item ſiniſtræ partis, quaſi ad Septentrionem Indiæ Dimiricæ, ponitur patria quæ dicitur India [e] Serica Bactrianis. In qua India Serica eſt regio quæ dicitur Bracmania, ubi plurimi philoſophi inveniuntur. In qua prædicta India Serica plurimas fuiſſe civitates per plures philoſophos legimus, ſed ego ut Caſtorius ait, ejuſdem patriæ civitates aliquantas deſignare volo, id eſt [f] Aſpa-

a Locum hunc *Portipam* vocat Peuting. tabula.

b *Niſaci* Peuting. tab. Urbes ceteræ ad notitiam noſtram abſque Anonymo noſtro minime perveniſſent.

c *Thermantica* cum aſpiratione in Peuting. tabula

d Fluviorum iſtorum ignota quoque nomina hæc: nam *Oroates* Suſianæ fluvius, de quo Plinius, modicum alludit ad Orcois nomen. Erit potius Οἰχάρδης Ptolem. in Serica.

e Serica, ex clariſſ. Abbate Baudrando, regio ampliſſima eſt, quæ verſus Occaſum fines habet Scythiam extra Imaüm montem; ad Ortum, Eoum Oceanum; ad Meridiem, Sinarum imperium; & mare Scythicum ad Boream.

f Ptolemæo Ἀσπακάρα, *Aſpacora*. Peuting. tab. Præterea idem Ptolemæus *Aſpacharam* regionem memorat: hanc autem vir in rebus geographicis eruditiſſimus Nicol. Samſon, eſſe opinatur provinciam *Tainfu* in Cathaya verſus Sinas.

pagora, [a] Thibrasene, Aris, Ola, Ganges, Ustobarisata, Indovar; [b] Pertha, [c] Arate, Bactriana, Limosa, Palibotra, Cistrope, [d] Serisia, Pasticar, Aranbula, [e] Tribassus [f] Paligas, [g] Propasta, [h] Labiana Solinga, [i] Agæ, [k] Europos, [l] Asacorum, Indrapana, [m] Absbana, Tropsasia, Carcoe, Sistata, Cosata, Tosorata, [n] Races, Lomusa, Simtura, Indovarium, [o] Angæ, Morrana, Paspora, Tudana, Dirica, Baccas, [p] Saphat, [q] Spanæ, Antiochia, Aletis, [r] Oscanibate, Thagæ,

[a] In Peuting. tab. legitur *Thubrassene*, Τιϐεραχάναι urbem habet Ptolem. sed in Media.

[b] Pro Pertha, *Pharca*, occurrit in Peuting. tab.

[c] Ἀράϑα urbs, Ptolomæo est in Margiana.

[d] Num Σῆρα μητρόπολις de qua Ptolemæus.

[e] Τεϐαζίνα forsan Ariæ urbs, dequa Ptolemæus.

[f] *Palitas* Peut. tab.

[g] *Ganges* & *Bactra* regiæ urbes, cum *Palibothra* antiquis notissimæ sunt inauditæ ceteræ omnes præter *Aris* & *Propasta*, quarum Peuting. tab. meminit.

[h] Ταβιανή, Straboni lib. 16. Elymæorum est provincia, sed nihil forte ad hunc locum.

[i] Tabula Peutinger. habet *Naga*, inter quam urbem & *Europos* xv. mill. notatur distantia.

[k] Alias urbes huic cognomines observo apud Ptol. Polyb. Steph. &c. sed nullam his in regionibus.

[l] *Asangæ* Indiæ populi sunt Plinio. Et hîc forte legendum Europos urbs Asacorum. Sed utrum Asaci idem sint qui Asangæ incertum.

[m] Peuting. tabul. *Asbana*.

[n] *Rages* Peuting. tabulæ.

[o] *Ange* urbs in Peuting. tabula xvi. milliaribus à *Rage* disparatur.

[p] *Sapham* Peuting. tab.

[q] Eodem modo legitur in tab. Peuting.

[r] *Oscanidati* Peuting. tabulæ.

Gugitana. [a] Per quam Indiam Sericam transeunt plurima flumina; inter cætera, quæ dicuntur id est Ganges, [b] Torgoris, & [c] Accessinis, quæ exeunt in Oceanum. Cui patriæ Sericæ confinatur Oceanus, qui per longum intervallum usque ad Caspias navigatur portas & in antea.

IV. Item juxta suprascriptam Indiam Sericam est patria quæ dicitur Parthia, quæ habet infra se provincias, id est, [d] Chorasimon, [e] Socdianon, [f] Sa-

[a] Urbes quæ hic Indiæ Sericæ adscribuntur ad quinquaginta proxime accedunt, & tamen vix nomina viginti ex illis suppeditant alii Geographici scriptores.

[b] Operam perdes si Torgoris fluvii nomen alibi quæsieris.

[c] Ἀκεσίνην vocant Dionys. sub finem Περιηγ. & Arrianus de gestis Alexandr. Ἀκεσίνην Philostratus lib. 2. de vit. Apollonii. Ἀσκεσίνην Strabo lib. 15. pag. 694. errore forsan typographico, nam Ἀκεσίνης scribitur pag. 697. & alibi.

[d] Χωρασμιωτικοὶ vocantur à Strabone lib XI. Χαρασμιοὶ ab Arriano lib. 3. de Gest. Alexand. forsan & Χωρασμίοι lib. 4. Χωρασμιοι à Ptol. cap. 12. lib. 6. & à Stephano. Sic dicti, ut verisimile fit, à Χορασμία Parthorum urbe de qua idem Stephanus.

[e] Sogdianos intellige gentem notissimam.

[f] Præter Sabæos Arabiæ, aliorum etiam meminit Ptolem. quos in Perside locat, Stabæique in vulgatis vocantur, licet MSS. cod. legant ΣΑΒΑΟΙ. Iidem sunt absque dubio qui Dionys. in Periegesi, ΣΑΒΑΙ, inter Toxilum & Cophen flumina habitantes. Si Sabei quos noster exhibet, ab his diversi sint, nomen mutuabuntur à *Sabais Aris* in Media apud Ptolem.

beon, [a] Parapamſidon, [b] Ariinon, [c] Satriadon, [d] Aracothon. In qua nominata patria plurimas inter plures philoſophos, ut ait ipſe Caſtorius, fuiſſe civitates legimus, id eſt [e] Comcambas, [f] Aradum, Tarſpeda, Zercane, Orta, Siſmaida, [g] Artaxata, Zotozeta, [h] Ragauna, [i] Arſania, [k] Iſumbo, [l] Aſpa, [m] Eurobus, Marduſa, [n] Diſma, Ymmoa, Calata,

[a] Παραπαμισάδας vocat Arrianus lib. 4. de Geſt. Alexandr. Incolæ ſunt regionis illius Aſiaticæ quæ eſt Ptol. Παροπανισος, Παραπάμισος Steph. Plinio autem *Paropamiſus*, Παρπανισος Dion.

[b] Ἀριηνοὶ Dionyſio, Ἀρεῖοι Arriano; Ἀρειοι Stephano. Eorum regio Ἀρεία Ptolem. & Stephano. Nunc ex parte ſaltem *Choraſan* Perſica regio

[c] Σατραΐδας novit Dionyſ. Afer in Periegeſi ſub finem, quod per Atraidas vertit Rhamnius Fannius ejus interpres.

[d] Arachoton regionem Ἀραχωσίαν vocat Ptolem. Creditur nunc eſſe pars *Candahar* non incelebris regni in Perſarum finibus magis orientalibus, Perſis modo, modo Mogolo ſubditi.

[e] Peuting. tab. Concobas. Urbes ſequentes ab omnibus prætermittuntur.

[f] Artaxatam Armeniæ majori aſſignant Ptol. & Plinius. Juxta Araxem fuit ex Plinio.

[g] Idem forſan locus qui *Arabum* dicitur in Peuting. tabula.

[h] Pro Ragauna *Raugoma* occurrit in Peuting. tab.

[i] *Arſania* flumen eſt Armeniæ majoris Plinio.

[k] *Iſumbo* in Peutingeriana tabula non procul à Tigri flumine ſtatuitur, & præcipuarum urbium modo, binis turribus indicatur, alibi licet nulla ejus extet memoria.

[l] Hanc Parthiæ, etiam Ptolemæus aſſignat.

[m] Forte Europus.

[n] Eademne cum Δίςα Ariæ opido apud Ptol?

[a] Dizanas, [b] Tigranocerta, [c] Caſpi, Undacara, Glebin, [d] Colchana, Colphiana, Egſagigarda, [e] Siptæ, [f] Adiptæ, [g] Nabarra, [h] Arſania, Sardera. Inter quam Parthorum patriam & Indiam tranſit fluvius maximus qui dicitur Indus, qui, ut dicit Paulus Oroſius, in mari Rubro ingreditur. Ceteri vero dicunt quod in Perſicum colfum ingreditur. Attamen ſcimus quod in meridianum mergitur Oceanum.

V. Item juxta ſupra ſcriptam patriam Parthorum eſt patria Perſorum quæ dicitur [i] Parſagade. Quam patriam ego relegens plures philoſophos ſecundum Caſtorium ipſam deſignavi. Quæ patria ha-

[a] Peuting. Tab. *Dyhanas.*

[b] Armeniæ majoris oppidum eſt Straboni, Plinio, &c.

[c] An Caſpiæ portæ? An vero *Catiſpi*, quo de loco Peuting. tabula.

[d] Peuting. Tab. *Colchana*, Κολαία Armeniæ majoris urbs eſt Ptolemæo.

[e] Sublata littera P, in Peut. Tab. *Sita* legitur.

[f] A præcedenti XII. Mill. urbs diſparata, ut fidem facit Peuting. tabula. De ceteris ubique ſilentium, ſi Colphianam excipias ex Peutingiana tabula jam cognitam.

[g] Νάϐαρις Ptolemæo, *Namaris* licet reddant interpretes. *Navarra* autem Peuting. tabula, Navarra inferius in deſcriptione Mediæ minoris.

[h] *Arſinia* Peuting. tabulæ, minus recte forſitan, nam Arſanias flumen Armeniæ majoris à Plinio memoratur, unde forte Arſaniæ nomen.

[i] Straboni Πασαργάδαι. Populi ſunt ad mare ex Ptolemæo; Sabæon, de quibus ſupra, vicini ex Dionyſ. Παρσαργάδαι dicuntur App. in Mithridat.

bet provincias quæ dicuntur [a] Carmanon, [b] Coſion, [c] Maſſapaton, [d] Caloniton, [e] Aſcion, [f] Oriton, [g] Teriton, Grilion, [h] Gargaridon, Tantaleon, Agrienon, Latramon, [i] Cabeon, Eletabion, Carbiniſacron. In qua patria Perſarum plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt

[a] *Coſſæi* forſitan, qui teſte Plin. lib 6. ſect. 31. ab Oriente proximi ſunt Suſianis. Horum etiam Strabo meminit lib. 16.

[b] Carmanon, ſeu Carmanorum regio etiam hodie *Kherman* appellatur.

[c] Num legere opportet Maſſageton? Si minus, certe Maſſabaton. Maſſabatica enim, ex Strabone lib. 16. p. 745. Elymæorum eſt provincia. Meſſabatæ Dionyſio memorantur in Periegeſi.

[d] Καλωνῖται, Dionyſio. Κελωνῖτις. Aſſyriæ tractus Mediæ contermini meminit Polyb. lib. 5.

[e] Ἀσκιτῶν mentio apud Stephanum, ſed ad ſinum Indicum eos locat, & ab utre quo ad navigationem utebantur, & Græce ἀσκὸς dicitur, ſic vocatos refert ex Marciano in Periplo.

[f] Oritæ Straboni ſunt & Arriano ultimi Indiæ populi verſus occidentem; Plinio autem ad Arbin fluvium in Carmania. *Oritas, Aribaſque ſimul* memorat Dionyſ. in Perieg.

[g] Num ſic dicti à *Terite* urbe de qua vage admodum Polyænus lib. 2. in Cleandrida?

[h] Gargaridæ ultra Gangem ſunt Curtio, circa Hypanim Dionyſ. inter Indi & Gangis fontes Straboni. Eorum regia Ganges dicitur apud Ptol. qui cum Plinio Gangaridas eos nominat, ſi tamen Gargaridæ alii non ſint à Gangaridis.

[i] Lege Sabæon. Dionyſio enim in Perieg. Sabæi & Cletabeni, qui hic Eletabii, ſimul memorantur, & accenſentur Arabibus, Κάβεις tamen antropophagorum gens Aſiatica eſt Cedreno.

[a] Archedotis, [b] Patienas, [c] Perſagada, Perſeotis, [d] Armoza, Regia Stagus, Palmodes, Bregnana, Piratum, Baſba, Bicus, [e] Soſtrate, [f] Sevavicina, Duina, [g] Onoadas, [h] Ecbatanas, Carema, Ydeamtalia, [i] Aſta, Perſidim, Ciſtra, Bernaſda, Ranchi, [k] Spaſinucaras, [l] Aſabe, [m] Naira, Barblana, Naarræ, [n] Mo-

a *Arciotis* Peutinger. tabulæ.

b Peuting tab. *Pantyene*, ſexaginta milliaribus à Perſepoli diſparata.

c Πασαργάδαι, Perſidis urbem à Cyro conditam narrat Q. Curtius lib. 5. Porro hæc aut quæ ſequitur Perſeotis, eadem eſſe videtur cum loco qui in Peuting. tabula vocatur *Perſepolis commercium Perſarum*.

d *Armuſia* Plinio, Ptolemæo Αρμούζα. Huic forte adjectivum nomen eſt regia.

e Hujus & *Bregnana*, nomen jam vulgaverat Peuting. tab. Aliarum vero nec eadem tabula, nec ullus Geographorum meminit.

f Plinio forſan *Soſirate*, Elymaidis oppidum. Elymais autem ex eodem Plinio Oroati flumine à Perſide dividitur, lib. 6. ſect. 28.

g Peuting. tabula huic loco ſitum quoque aſſignat prope Ecbatanas.

h Mediæ olim adſcribebatur, ſi ea tamen ſit quam litteræ ſacræ ab Arphaxat ædificatam docent, id quod à vero non abhorret.

i Ad Drangianam pertinuit ex Ptolemæo.

k Legitur in codice *Spaſionucaras*, ſed cum infra *Spaſinucaras* ſcribatur, ut etiam in tab. Peuting. litteram *o* abſcidi.

l *Aſſabe* Peut. tab. cum duplicata littera *ſ*.

m *Naharra* & *Naharra*, de qua infra, in tab. Peut. memorantur.

n *Monumenta Regum*, Peuting. tab. in qua etiam occurrit *Thamara*, cum aſpiratione & *Sokene* pro *Scene*; unde ſuſpicor legendum eſſe *Soene* in noſtro Anonymo, niſi potius ſit Σκηναί Perſica urbs inſignis de qua Stephanus. Inter *Sohenen* & *Seleuciam*, LVI. Mil. numerantur in Peuting. tabula: à Seleucia vero Doriſtam 45.

numentum, Tamara, Scene, Dorista [a] Seleucia, Narra, Borcoe, Suretala, Dertha, Babylon, [b] Rache, Rutarata, Diotharæ, Sepæ, Aci, Barispis, [c] Barballisum, Cumicumbilo, [d] Zara, Yctio[a] pon, Imda, [e] Ange, Parduce, Tare, Spasinucaras. In qua patria ex Oceano summæ partis meridianæ pertinens sinus Persicus conscribitur.

Item patria quasi ad partem meridianam quæ dicitur patria Hentru [f] Nabatæi Mazianitæ. Quæ patria est arenosa & præ desiderio habens aquam. Cujus patriæ etiam spatia per plurimos legi cosmographos.

a Hæc est *Seleucia* ad Tigrim, de qua Plinius & Pausanias, qui à Seleuco eam conditam scribunt, & Babyloniorum huc deductam coloniam.

[b] Inter Babylonem & *Rachen* media interponitur *Seleucia* in Peutinger. tabula. Porro ex eadem tabula *Rache* distat à *Seleucia* LX. Mill. *Rutarata* à *Rache* XL.

[c] *Barbalissum* legunt tab. Peuting. De *Barbaleso* mentio est, apud Metaphrasten in vita SS Sergii & Bacchi, qui martyrium subierunt in Comagena. Procopius prætereà *Barbalissi* oppidi in Euphratesiæ finibus extremis positi meminit. lib. 2. de Ædific. c. 9. Vide etiam cap. 12 lib. 2. de Bello Persico. Nota autem ex eodem Procop. Ædific. 2, cap. 8. quod *Comagena*, *Euphratesia* postea dicta est.

[d] Antonino urbs circa minorem Armeniam; Josepho autem Antiq. lib. 13. circa Syriam est.

[e] In Peuting. tabula *Ange* quidem exhibetur, sed in alio, ut videtur, situ; procul scilicet à *Spasinucara*.

[f] Alióne dicemus hos Nabathæos ab his, quos inter Arabiæ felicis incolas Plinius, Ptolem. Stephanus, & alii recensent.

mographos. Quam patriam ipſe Caſtorius deſertam aſſeruit.

VI. Item non longe ab ipſa regione eſt patria quæ dicitur [a] Omeritia, quæ & Eudæmon Arabia, dicitur; in qua plurimas civitates fuiſſe legimus plurimos per philoſophos. Sed ego ſecundum præfatum Caſtorium aliquantas deſignare volo, id eſt Gabonita, Sargo, [b] Empurium, Miſaria, [c] Luta, Aminea, [d] Olaſi, Sata, Simphea, [e] Lacha, Luſor, Marthi, [f] Turris, [g] Maratha, Athima, Datilum, Sabilum, Sabor, Maſa, Atima, Coſaba, Menſaba, Piba, Obiæ, Fabri Raxaturis, Divitia, Taruda, Novacum, Novata, Caldis, Nema, Coria, Boanum, Agar, Dante, Lathinat, Borca, Valiæ, Amara, [h] Camarum, Cymrituca,

[a] *Omeritia*, Ptolemæo eſt tantum pars Arabiæ Felicis.

[b] *Eripurium* legitur in codice quo uſus ſum; ſed id eveniſſe ſuſpicatus Librarii oſcitantia, *Empurium* Ptolemæi auctoritate ſubſtitui.

[c] ΛΥΣΣΑ forte Arabum urbs, de qua Joſeph. Antiquit. 14.

[d] Ολαπία Ptolemæo, vel potius Ολαφία, ut in codice Palatino.

[e] Suſpecta vox, cujus loco forte cum Ptolemæi nonnullis codicibus legendum *Lattha*.

[f] Θυρὶς Ptolemæo.

[g] Eſt quidem Μαρίαμα Homeritarum urbs Ptolemæo, ſed Μαδίαμα legebatur in codice Palatino. Hîc igitur agi potius crediderim de Μάραττα, quam lectionem idem codex Palatinus exhibebat pro Μάραγα.

[h] *Camari* Plinio eſt inſula Arabiæ Felicis.

[a] Negra, Tafram, Egram, Sacamum, Cornan, Lencecome, [b] Corona, Salatim, Carcha, Gera, Taboca, [c] Coromanis Matramis, Tabam, [d] Ommæ, Samematride, Caſtrillum, [e] Amarium.

VII. Item juxta ipſam regionem eſt patria quæ dicitur [f] Arabia major; in qua fuiſſe plurimas civitates legimus diverſos per philoſophos. Sed ego ſecundum ſupra ſcriptum Caſtorium aliquantas civitates ejuſdem patriæ ſignare volo, id eſt Orea empurium, Arſinoe empurium, Berenice, Ptolemais

[a] Τούτῳ τῷ ἔτει, ſcilicet Juſtini Imperatoris quinto, καὶ τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέταν ἐν Νέγρᾳ τῇ πόλει ἐπράχθη ὑπὸ τῶν Ὁμηριτῶν, inquit Cedrenus adhunc annum.

[b] Numquid *Corolia?* quo de loco Plinius agit.

[c] Legitur in noſtro codice *Romanis*. Erroris forte occaſio fuit præcedentis dictionis ultima ſyllaba. Sæpe enim evenit in MSS. codicibus, ut ſyllaba, cum bis debeat conſequenter, à Librariis ſemel tantum ſcribatur. Forte etiam legendum Tabo, Caromanis, pro Coromanis.

[d] *Omnæ* Plinio urbs eſt Omanorum, qui Felicis Arabiæ incolis accenſentur.

[e] Ex ceteris nullæ mihi occurrerunt apud auctores præter Satam, Amaram, Egram & Geram quas Ptolem. exhibet.

[f] Non Petreæ ſolos incolas hoc majoris Arabiæ nomine comprehendit, verum etiam Ægypti partem illam quæ mari Rubro, ſive Arabico ſinu alluitur. Ptolem. quidem Arabibus aſſignat litoris illius portionem, ſed exiguam, eamque vicinam oppido cui nomen olim Arſinoe, hodie Sues, ut quidem creditur. Plinius quoque lib. 6. cap. 34. accolas Nili à Syene non Æthyopum populos, ſed Arabum eſſe dicit uſque Meroen.

a Bernitiæ, b Misormos; Samothracis, Arsinoe, Satamna, Olelum, Parana, Minea, c Petria, Sabea, d Eletabis, Aflaron, Aquadosa. Item juxta suprascriptam civitatem Berenicide est civitas quæ dicitur e Cenonidrima. Item Gabaum, Apollonos, Phalacorum, Xeron, f Dios, Connasim, Afroditis, Didymus, g Phenice. In qua Arabum patria, ex

a Tres erant in regionibus his *Berenicides* urbes, quarum duas à Juba omissas queritur Plin. lib. 6. sect. 34. Harum unam esse non dubito, cujus nomen variatum fuerit distinctionis causa.

b Nomen hoc favet lectioni quam suppeditat Palatinus olim codex Ptolemæi, in quo Μύσορμος legitur. *Myoshormon* tamen habent Plinius, Strabo & Agatarchides apud Photium in Biblioth. Nunc *Mensuriam* vocari asserit R. P. J. Harduinus in notis ad Plin.

c De Petra, unde natum Petreæ nomen, hîc agi non dubito.

d Cletabis scribetur ab eo qui Dionysii auctoritati cedet; hinc enim ortum proculdubio nomen Cletabenorum, quos nullo etiam medio post Sabas locat Dionys. in Perieg.

e Antonino *Canon Ydreuma. Cenonnydroma*, tabulæ Peut. Plinio lib. 6. sect. 26. *Novum Hydreum*.

f Hæc eadem urbs est, quæ *Jovis* dicitur in Itinerario Antonini.

g Notitia dignitatum Imp. Rom. legit Phœnicone. Easdem urbes sic scribunt & earum distantiam ab invicem metiuntur.

Itinerarium Antonini & Peuting. tab.

Itinerarium quidem à Copto Beronicen usque M. P. CCVIII.	*Peutinger. vero tabula sic Hermucepto.*
Peniconon M. P. 24.	Phenice M. P.
Didime M. P. 24.	Affrodites XXIV.
Afrodito M. P. 20.	Dydymos XX.
Compasi M. P. 22.	Compasin XV.

Jovis M. P. 23.	Dios XXII.
Ariſtonis M. P. 30.	Xeron XXIV.
Phalagro M. P. 30.	Philacon XXIV.
Apollonos M. P. 24.	Apollonos XXIV.
Cabalſi M. P 24	Cabau XXVII.
Cenon Ydreuma M. P. 27.	Cenonnydroma XXIV.
Beronicen. M. P 18.	Pernicide portum XXII.

Obſervandum autem quod in verbo Xeron cum Anonymo noſtro conveniat Peut. tab. Exiſtimarem itaque in itinerario legendum eſſe Aridum, non *Ariſtonis*.

Oceano meridiano pertingens, maximus ſinus Arabicus eſſe deſcribitur, qui & mare Rubrum eſſe manifeſtatur.

VIII. Item ad partem quaſi Septentrionalem, juxta regionem quam prædiximus Parthorum, eſt patria quæ appellatur Hyrcaniæ ſinus. Quæ Hyrcania dum in longum ponitur, etiam cum ſuperius dicta India Serica adjungitur. Quæ Hyrcania habet provincias, id eſt [a] Mardianon, Derbiceon, [b] Caudufion,

[a] Anceps dubiuſque hæreo, utrum hæc intelligenda ſint de Mardis Hyrcaniæ populis, de quibus Strabo, Suidas, Stephanus, Curtius, &c an de Margiana Hyrcaniæ contermina regione. Cum tamen de Derbiceis ſeu Derbiccis ſtatim agatur, quos cum Margiana deſcribit Ptolemæus, Margianon legendum eſſe ſuſpicor. Adde quod Tab. Peutinger., inter quam & noſtrum Anonymum frequens eſt concordia, Margianam exhibet, non vero Mardos.

[b] Καδούσιοι Ptolemæo *Caduſios*. Gelos etiam dictos docet Plinius. Utroſque tamen diſtinguit Ptolemæus & Anonymus noſter, qui *Caduſios* præterea Hyrcaniæ, Gelos Mediæ majori aſſignat.

[a] Eroon, [b] Issis, [c] Esidis Scython, Ytio Scython, Sacens Scython, [d] Tapurion, [e] Tocarion, [f] Erurion. In qua præfata Hyrcania cum suis provinciis, plurimas fuisse civitates inter reliquos philosophos, ut ait Castorius, legimus; ex quibus aliquantas designare volumus, id est [g] Cyropolis, Axara, Portum Castillum, Tarsambaram, Aquilleam, Belalus, Gareas, [h] Camia, [i] Sazala, [k] Ar-

[a] Peuting tab. *Hiroa.*

[b] Κιοσία in Susianæ descriptione occurrit apud Ptolem. Κιοσοὶ apud Dionysium in Periegesi, ubi Messabatarum vicinos fuisse significatur. Issorum Plinius meminit lib. 6. sect. 8. Verum utrum de eadem gente hic & ibi agatur, in dubium potest revocari.

[c] *Essedones Scythæ, Otio-Scythæ, Sagæ Scythæ* in Peutinger. tab. occurrunt, quos ab his diversos non crediderim.

[d] Τάπυροι ad Margianam pertinent ex Ptolemæo.

[e] ΤΟΚΑΡΟΙ in Bactriana habitant juxta Ptolem. sententiam. Scythica gens est Dionysio & Eustathio. *Tochari* cum aspiratione. Plin. lib. 6. sect. 20. Dionysio etiam in Periegesi.

[f] Phrurion legi debet. Id certe persuadent Plinius lib. 6. sect. 20. Dionysius & Priscianus in Periegesi. Hi enim, de Tocharis Phrurisque, tanquam de populis inter se proximis, loquuntur.

[g] Cyropolis est Mediæ regio maritima Plinio, Ptolem. urbs item in Media, Curtio & Arriano Sogdianæ oppidum ad Jaxartem fluvium, sic dictum à Cyro conditore. Mirum nemini videri debet, si auctor noster cum aliis non semper concordet, cum inter se nec ipsi conveniant ut plurimum.

[h] An non Κάμισα Armeniæ Minoris urbs? de qua Strabo lib. 12. pag. 560. A.

[i] Σάταλα, ni fallor, Ptolemæo & Stephano. *Satara* scribitur in Peut. tab.

[k] Ἀρμακτίκα ex Ptolem. ad Iberiam pertinuit aliquando.

maſtica, Teladalfir, [a] Telada, Ticubri, Laia, Liponiſſa, Tilida, [b] Sanora, Tegamia, Gravete. Per quam Hyrcaniam plurima tranſeunt flumina; inter cetera, quæ dicuntur [c] Jarartis, Oxus, Anſtia, Nigrinus, Meritus, [d] Sicris. In qua Hyrcania, ut diximus, ex Oceano Caſpium ſumme Septentrionales partibus pertinens maximus ſinus Hyrcanus adſcribitur.

IX. Item non longe ab ipſa Hyrcania, ponitur patria, quæ dicitur Media major, quæ habet provincias, id eſt [e] Gelon, [f] Artatio, & Cetos-unites, [g] Barriana. In qua dilatiſſima patria, id eſt Media, Tigris fluvius inſulam facit

a Peuting. tabula legit *Teleda*, *Ugubre* & *Lalla*, pro Tilida, aut Telada, Ticubri & Laia.

b *Sanoram* item ex tabulis Peutingerianis novimus, nullamque præterea.

c Ιαξάρτες vocatur à Prolem. Strabone & aliis, Tanais vero ab Arriano & Suida.

d Σιγελανῆς regionis Prolemæus in Media, Sicriæ Caſpiis portis vicinæ meminit Benjamini itinerarium. His forte nomen ab hoc fluvio, quem Sygrim appellat Tab. Peutinger. ubi & Nigrini curſus depingitur. Anſtia vero & Meritus, quæ inferius Aſtia & Maritis dicuntur, nullibi comparent.

e *Gelæ* dicuntur à Plinio, Γηλοί autem à Ptolem. & Dionyſ.

f Numquid ſic dicta ab Artacoana Ariæ regia apud Arrian. de Geſtis Alexand. lib. 3?

g Barianos populos habet Tab. Peuting. ad Sygris fluvii fontes. Barianam urbem novit quidem Ptolemæus, ſed in Meſopotamia.

quæ dicitur [a] Thonitis. In qua ſupraſcripta Media majore plurimas fuiſſe civitates legimus, inter plurimos, ut ait Caſtorius; ex quibus aliquantas deſignare volumus: id eſt [b] Ragaunia, Didyma, Indica, Acachia, [c] Iſumbo, [d] Dognavana, Maia, [e] Baſtanena, Condaca, [f] Data Scrabon, Incate, Amoequum, [g] Barca, Cazaci, Aradita, Deſertam, [h] Abacagna, Adaba, Anditum, Cerium, [i] Babra.

X. Item juxta ipſam regionem ponitur regio quæ vocatur Media minor,

[a] Non inſula, ſed palus eſt, per quam Tigris fluit Dionyſio & Euſtathio. Θωπῖτις vocatur à Strabone, qui etiam in Armenia majori illam paludem collocat.

[b] Non ita procul hinc campus *Ragau*, de quo ſacræ litteræ, quin inde urbis illius nomen ortum credatur.

[c] De Iſumbo & Ragaunia jam actum eſt in Parthiæ deſcriptione. Obſervandum autem hic, viam à Ragaunia Iſumbo per Didymam, Indicam, &c. omiſſam fuiſſe in Peut. tab.

[d] *Dagnevanam* legit Peutingeriana tabula.

[e] Peut. tab. Vaſtauna.

[f] Ptolem. Δάρθα, ſeu Δάθρα.

[g] Barcanii Hyrcanis conternnini ſunt Stephano & Cteſiæ, Barcani à Curtio dicti; verum an de hac urbe ad ipſos pertineat, non auſim affirmare.

[h] Abacena vocatur à Ptolemæo.

[i] Aliæ omnes me fugiunt, forſan & omnes geographos. Apud Ptolem. tamen occurrent tibi in Perſide Gabra, quæ ad Babram proxime accedit, in Media Αραδείφη forſan pro Aradita, Gazaca, ſeu Zazaca, pro Caſaci, ſed ut verum fatear, hæc meris conjecturis fulciuntur.

quæ & Gozar dicitur. In qua Media minore plurimas fuiſſe civitates legimus inter plures philoſophos, ut ait Caſtorius, ex quibus aliquantas [a] ſignificare volumus, id eſt [b] Strippa, [c] Aramgula, Ladaca, [d] Triraxus, [e] Labiana, [f] Aracotus, Propaſtas, [g] Cartoe, Naſtana, [h] Andratana, Carbeſtrio, [i] Sitarane, [k] Oſpa, [l] Patranſana, Dizanas, Dimiza, Zrancerion, Tygranocertam, Colchanam, Navaram, Tygrium. Perquam Mediam minorem plurima tranſeunt flumina, inter cætera Dac & [m] Nabor.

[a] Sequentium urbium aliquot jam appellatæ ſunt, dum Serica & Parthia deſcribebantur.

[b] Eadem quæ ſupra *Ciſtrope* in Serica, ni fallor.

[c] Ibidem ſcribitur Aranbula.

[d] *Tribaſſus* ſupra.

[e] *Labiana* jam ſuperius occurrit in Sericæ deſcriptione.

[f] *Arachotus* Ptolemæo locus eſt in Arachoſia.

[g] *Carcoe* ſcriptum reperies in deſcriptione Sericæ.

[h] Idem forſan locus qui *Indrapana* ſuperius.

[i] *Ladaca*, *Naſtana*, *Carbeſtrio*, incognitæ urbes ſunt ut ipſa Sitarane, niſi ſit Σιτακηνῆς regionis de qua Strabo lib. 16. pag. 744. urbs dicta Σιτάκη, cujus Stephanus meminit.

[k] Forte Ἀσπα, de qua Ptolem. in Parthiæ deſcriptione.

[l] Quæ ſequuntur, una excepta Dimiza, ex his ſunt, quibus conſtat Parthia noſtri Anonymi. In tabul Peutinger. earum ab invicem diſtantia ſic numeratur non ſine aliqua variatione in nominibus. *A Patanſana, Dyhanas* 27. *Cymiha* 22. *Zanzerio* 20. *Triganocarten* 30. *Colchana* 15. *Nararra* 45. *Ad Tygrem* 13.

[m] An *Nabrum* flumen, quod non procul ab his regionibus oriri Plinius docet? Si minus, incognitis accenſe una cum Dac fluvio.

XI. Iterum eſt, non longe ab ipſa Media, patria Perſorum Aſſyriorum [a] Cteſifontis Peloriarca, quæ habet ſub ſe provincias id eſt [b] Edruxion, [c] Gimandrion, Sarradon. Quæ Perſorum Aſſyriorum patria, protenditur uſque ſuperius dictam patriam Perſorum, quam diximus Perſagade. In qua patria Perſorum Aſſyriorum plurimas civitates fuiſſe legimus inter plures philoſophos, ut ait Caſtorius; ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [d] Bantem, [e] Nicanicio, [f] Aſtenuta, [g] Tumenta, [h] Rapſum, [i] Zeracana, [k] Cteſiphontem, Balictanor, Artemida, Charra, Peloriarca, Gubrata, [l] Zelfir, [m] Rundanas,

a Peutinger. tab. Peloriarca urbs eſt, inter quam & Cteſiphontem Charra primum, deinde Artemita occurrit.

[b] Incogniti ſunt Edruxii, incogniti & qui ſequuntur Sarradi.

[c] Infra fluvius Gymandros. Unde vel à regione fluminis nomen, vel potius à flumine nomen regioni.

[d] Locus incognitus ceteris.

[e] Hujus loci ſitum videtur occupare in Peut. tab. Nicea Nialia, aut Naucamo.

[f] A ceteris prætermittitur.

[g] Ad Tomenta Peut. tab.

[h] Rhaſum ſcribitur in eadem Peutinger. tab.

[i] Hanc alibi fruſtra requires.

[k] A Cteſiphonte Gibratam ſic iter deſignatur in Peut. tab. *Ceſiphun. Artemitam* 71. *Charra* 24. *Peloriarca* 47. *Gibrata* 20. Sola Balictanor nullibi reperitur.

[l] Peuting tab. *Theſler* ni fallor.

[m] *Danas* Peut. tab. in qua etiam ſcribitur *Tstana* fluvius & Albania, pro Thionas & Albanis.

Thionas, Albanis, Tebe, [a] Ara, [b] Alepicre, Sambure, [c] Vica, [d] Bellum, [e] Congo, [f] Prætoris, Peratita. Per quam ſpatioſiſſimam Perſarum Aſſyriorum patriam tranſeunt plurima flumina, inter cætera [g] Ydaſpiſaris, Gymandros, [h] Yſpanis, Pencotrox, [i] Tionas, [k] Marimia.

XII. Item juxta ſcriptam patriam, quam diximus Mediam, diverſæ ponuntur patriæ, id eſt Armenia major [l] Ara-

a Niſi Ara urbs illa fuerit, ad quam filios Iſrael tranſtulit Aſſyriæ Rex, 1. Paralipom. 5. jungenda crediderim duo hæc nomina, & additione elementi M legetur Tebarma, ſeu Thebarma; de qua Perſidis urbe vide hiſtor. Miſcell. lib. 18.

b Alepicre & Sambure urbes fuerunt hactenus incognitæ.

c Locus hic à Tigri xx. millibus diſtat ex Peuting. tab.

d Peut. tab. *Belnar.*

e Eidem Peut. tab. *Concon.*

f Ignotis accenſe Prætoris & Peratita.

g Hydaſpis fluvii, qui Tygris & Euphratis vicinus eſt, notitiam habes ex Judith cap. 1. apud Septuaginta Interpret. Verum Iadaſon legitur in vulgatis noſtris Bibliis. Hîc forte quis ſcribendum dicet Hytaſpiſaris, Hytaſpæ ſiquidem Perſica gens Stephano.

h Hypanem Scythiæ Europeæ fluvium norunt Herodotus, Plinius, Pomponius Mela, &c. Alia quoque flumina hoc nomine ab aliis donantur; ſed nullum ad Aſſyriam pertinet.

i Titana vocatur in Peut. tab. certa tamen noſtra legendi ratio, bis enim occurrit.

k De ceteris, Gymandro ſcilicet, Pencotroce & Maritimia, nihil me docent geographi.

l Ararath Armeniæ majoris eſſe regionem probat R. P. Lubinus in Martyrologio Romano illuſtrato.

rat, id eſt tertia & quarta; Item patria Armenia [a] major, id eſt prima & ſecunda; item patria [b] Siania Caucuſorum; item patria Albania, item patria [c] Maſſegeton, item patria [d] Caſpiæ, item patria [e] Lepon; item patria Yberia; item patria [f] Lazorum, quæ patriæ infra ſe

[a] Licet cognomen Ararath minori Armeniæ impoſitum ſcribat Abr. Ortelius diligentiſſimus nominum ad geographiam veterem ſpectantium collector, hic tamen legi debet minor, ut puto: minor ſiquidem Armenia in Notitia dignitatum Romani imperii vocatur prima; major vero Armenia, ibidem ſecunda dicitur. Porro hæc tertia & quarta dici cœpit, illa vero prima & ſecunda, poſtquam in quatuor partes tributa eſt Armenia omnis, id quod Juſtinianus præſtitit, ut auctor eſt Euſtathius.

[b] Suanos inter Colchidis incolas numerant Plinius & Cedren. inter Hibericas Gentes Agathias; Sarmatis accenſet Peutinger. tab. Hodie etiam Caucaſi incolæ quidam ſunt, vicini Colchidis, quibus nomen Gallice *les Sounnes*, ut fidem facit Eques *Chardin* in ſuo itinere Perſico recens edito. Unde à Caucaſo monte eorum cognomen potius repetendum cenſeo, quam à Cocuſo urbe, de qua Antoninus, quæque *Κουκουσός* Euſtathio vocatur.

[c] In Maſſageton ſitu conſtituendo mire variant ſcriptores. Trans Araxem fluvium è regione Iſſedonum eos collocat Herodotus; Stephanus non procul ab Arachoſia urbe; in Margiana & in Sogdiana Ptolemæus, &c.

[d] Celeberrimæ ſunt Caſpiæ portæ: nec ignota Plinio Caſpia gens.

[e] *Lupones*, hos vocat tabula Peutinger. eoſque ad oſtium Cyri fluminis in mare Caſpium conſtituit.

[f] Colchidis incolæ *Lazi* nominantur à Procopio, Agathia, Suida, &c. hocque nomen adhuc retinent Colchidis viciniores Armeni ad Pontum-Euxinum habitantes, teſte ſcriptore Perſici itineris, deque ſupra.

habent diversas provincias, ex quibus aliquantas nominare volumus, id est [a] Camogenis, [b] Boloconoton, [c] Balbiniton, Laminacenon, [d] Arbilesenon, Camposalamenon, Colsiarium Seon, [e] Tanateon, Ansipedon, [f] Fassianon, [g] Carriziton, [h] Ciboliton, Igraleton, Filagrethon, Miceticon, Dibalon, [i] Certinon, [k] Otenon, [l] Tangarenon, [m] Der-

[a] De Comagene, quæ & Euphratesia, dictum non puto. Sit potius opinor, Comania; quæ provincia inter Moscoviam & Georgiam est.

[b] An sic dicti à Bolo Lazorum castro, de quo Procopius lib. 4. Gothicæ Historiæ?

[c] Legendum est forsan Balbitenon. Armeniam enim quatuor in partes cum tribuisset Justinianus, Tzophares & Balbitenæ nomen quartæ imposuit, ut scribit Eustathius.

[d] Sic dicti forsitan ab Arbela Persica urbe Stephano, Ptolem. Assyrica.

[e] Pro Tanaiteon, opinor. *Tanaitis* enim regio Armeniæ est Dionysio.

[f] Lege Phasianon, & eos intellige qui circa Phasin incolunt.

[g] A Charris nomen hos habere dicerem, nisi de Charra urbe actum esset superius inter urbes Persorum Assyriorum Ctesiphontis Peloriarcæ.

[h] Καβολῖται Ptolomæo. Gens est quæ Septentrionalia Paropanisadæ regionis obtinet.

[i] Κερκέται Straboni & Ptolemæo. Gens est circa pontum-Euxinum.

[k] Armeniæ majoris regio quædam à Cyro flumine irrigata *Motene* vocatur à ptolem. *Otene* autem à plinio & Stephano.

[l] Forte Gangarenon: Γάγγαρα enim ptolemæo urbs est Albaniæ. Alii legunt, Γάγαρα μεθ' ἣν αἱ τοῦ Κύῤῥου ποταμοῦ ἐκβολαί.

[m] Num iidem qui Δέρβικκαι ptolemæo, quique in nonnullis codicibus Δερκέβοι vocantur, teste Bertio.

cibeon, [a] Paliton.

Quas diverſas [b] provincias multi deſcripſerunt philoſophi, ex quibus ego legi Arſatium & Adfroditianum, Perſos, qui lingua græca Orientem deſcripſerunt, & Caſtorium Romanorum coſmographum: ſed non æqualiter nominaverunt civitates & ſupra ſcriptas patrias. Ego verò ſecundum præfatum Caſtorium tam ipſas civitates quam diverſa flumina liquidius nominare cupio. In quibus diverſis, [dum] ſatis longè lateque exiſtunt ſpatioſiſſimæ, plurimas [civitates] fuiſſe legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [c] Arſita, & [d] Sedona, [e] Irona, Arepa,

[a] Sic dicti A Palita urbe, de qua inferius, quæque in Peuting. tab. non procul ab Imao monte ſtatuitur ex parte Indiæ.

[b] Laminaceni, Campoſalameni, Anſipedi, Dibali ceterique omnes, quorum nomina notis nullis affeci, incogniti ſunt priſcis geographis.

[c] Inde, ut puto, Ἀρσῖτις Hyrcaniæ regio apud Ptolem. cui ſitus aſſignatur inter populos qui vocantur Χρῶδοι & montem dictum Κορωνός, qui & ipſe Tauri montis pars eſt.

[d] Licet ad Pontum Cappadocicũ proxime accedant nonnullæ ex his regionibus, quæ hic deſcribuntur, id tamen de Σιδήνη illius provinciæ oppido, dictum vix crediderim, niſi Arſita procul ſit ab Hyrcania.

[e] Ἠρωνὴ Arriano in periplo promontorium eſt Indiæ intra Gangem, juxta vicum dictum Καμμονί.

Palita, [a] Aſpa, [b] Caſpa, Oroppa, Tachora, Oſtorodon, Palmado, [c] Samara, Candencum, Saccidum, Saccibem, Deſertum Apradis, Diarpa, Raramdula, Corrumpandice, Ronnacaris, [d] Bacchiera, Neriſacandis, [e] Samba, Siltan, Graman; [f] Taurium, Tadarum, Caſtillum, [g] Modura, Sotida, [h] Sila, [i] Soli, Caverim, Paranim, Siriana, Preſidi, Zarioda, Serra minor, Sinacana, Yniſpa; Thimata, [k] Siramin, Zirra, Alexan-

[a] *Ασπα* Ptolemæo memoratur, ſed inter Parthiæ oppida.

[b] Si Paſca ſcriberetur, ad Sogdianos ſtatim accurrerem, ubi teſte Ptolemæo Πάσκαι populi ſunt vicini Tachororum, qui à *Tachora* urbe ſic dicti videntur. Eſt tamen in India extra Gangem urbs procul à Tachoris, quæ Θάγορα Ptolemæo vocatur. *Tahora* ſcribitur in Peuting. tab.

[c] *Samara*, promontorium Indici Oceani memoratur ab Oroſio lib. 1. cap. 2. à Ptolem. Σαμαράνδη urbs Indiæ.

[d] Βάκχιαι urbem in Albania habet Ptolemæus.

[e] Σάμβρα Ptolemæo urbs eſt Argenteæ regionis, quæ Samba dicitur ab interpretibus.

[f] Eſt Ταυρίων apud Suidam; ſed Tauro Scytharum fuiſſe videtur.

[g] Duas ejuſdem nominis urbes, ut ſupra obſervavimus, Ptolemæus habet, quarum una eſt in India intra Gangem, altera regia Pandionis, ſed de his in ſuperioribus actum eſt. Si ex illis una hæc fuerit, Deorum erit forſan Modura.

[h] Σέλη Ptolem. Ammiano Sela, urbs eſt Suſianæ.

[i] Κῶλι Ptolem. urbs eſt Aureæ Cherſoneſi; Σιράκα Hyrcaniæ. Verum hæ meræ conjecturæ.

[k] An Siramni? Σιράμναι autem, Indiæ intra Gangem gens eſt Ptolem.

dria, [a] Serra major, [b] Anice, Præsidium, Vacum, Victrix, Samarra, [c] Castrin, Cunmir, Osmor, [d] Saracos, Bethessa [e]. Juxta verò Osmot est civitas quæ dicitur [f] Lazo, item civitas quæ dicitur Cacara, Bustica, Sanora, Geluina, Artaxata, Stranguria, Janio, Condeso, Ganala, Misium, Savatinum, Gaulitia, Tendava, Pagas, Apolum, Caspiæ, Ermu, Fontfelice, [g] Surtum,

[a] Peut. tab *Sera major.* Unde dicta forsan Serica regio. Hinc arguo, legi debere superius *Sera minor:* & hanc Alexandriam, eam esse, quam peut. tab. statuit prope locum ubi *Alexander responsum accepit: Usquequo Alexander.* Quo de oraculo, paulo diversis verbis noster Anonymus superius egit §. 8. pag. 17.

[b] Ἀνῖχαι Ptolemæo gens Indiæ intra Gangem.

[c] Num Κάσπειρα urbs Indiæ intra Gangem, de qua ptol.

[d] Σάρακα Colchidis urbs ptolemæo.

[e] Ecce urbes quinquaginta circiter, quarum paucas leves tantummodo conjecturæ afficiunt.

[f] Hic operæ pretium fuerit monere, elementum ζ sæpius in nostro codice occurrere, ubi in aliis aspiratio. Sic in superioribus Dizanas legebatur pro Dihanas peuting. tab. hic etiam Lazo pro Laho ejusdem tabulæ. In dicta autem tab. sequentium locorum in hunc modum signantur distantiæ, nominaque scribuntur. *A Laho Sataram XVI. Bustica XVIII. Sanora XXIV. Geluina XXIV. Artaxata XX. Stragira XXX. Condeso XIV. Misium X. Gaulita XIV. Pagas XL. Apulum VII. Caspia V. Ad Mercurium* (nota quod noster habet Hermu.) *XLV. Ad fontem felicem XXXV.* porro in nostro codice insertæ sunt *Ianio, Ganala, Savatinum & Tendava,* quas, tum peutinger. tab. tum ceteri omnes geographi prætermittunt.

[g] Σοῦρτα ptolem. urbs Armeniæ majoris.

[a] Sarapama. Item non longè à civitate Stranguriana, eſt civitas quæ dicitur [b] Chadas, [c] Andachas, [d] Datamiſſa, [e] Chalchidara, [f] Egea, [g] Satala, Domana, Saloni, Medoia Patra, [h] Bilæ, [i] Anxis, [k] Anamta, [l] Simbra, Fleba, [m] Moguſſa, [n] Bolba, [o] Arſomataſa, [p] Albano. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt [q] Theoduſopolis, [r] Dubios,

[a] Μέχει Σαραπανῶν, inquit Strabo lib. 11. pag. 498. Phaſis ſurſum navigatur.

[b] Forte Χαδάχα, quam in Albania locat Ptolem. *Chadas* tamen ſcribit & Peut. tab.

[c] *Andaga* Peut. tab.

[d] Δαρδάνισα Ptol. *Datamiſſa* legitur, & in Peut. tab.

[e] *Calcidava*, Peut. tab.

[f] *Ægea*, eidem Peut. tab

[g] Ad Majorem Armeniam *Satala*, *Domana* ad Minorem pertinet, teſte Ptolemæo. A *Satala Domanam* XVIII. Mill. diſtare docet Peutinger. tab. Ab hac totidem itur *Salonenicam*, deinde duodecim *Medociam*, inter quam & *Pataram* XIV. numerantur.

[h] Peut. tab. *Byla*.

[i] Num Ἀνζὶς de qua Cedrenus pag. 530? Hic locus Armeniæ proximus ex eodem videtur. Eſt etiam Ptolemæo regio majoris Armeniæ Ἀζιτηνή, interpretibus Anzitene dicta.

[k] *Anamta*, *Fleba* & *Moguſſa* incognitæ ſunt.

[l] *Symbram* Perſarum vicum ad Tygrim memorat Zozimus.

[m] *Moguſſa* & *Fleba*, nunc primum ad notitiam noſtram perveniunt.

[n] Hinc forte Βολβηνὴ majoris Armeniæ regio apud Ptolemæum.

[o] Legendum forte *Arſamoſata* cum Ptolemæo & Tacito. Ad majorem Armeniam & ipſa pertinuit.

[p] *Albanam* urbem in Albania, ad oram Caſpii maris poſitam memorat Ptol.

[q] Procop. lib. 2. de Bello Perſico cap. 25. Θεοδοσιόπολις octidui diſparata à regione quæ dicitur Δούβιος.

[r] Δούβιος iterum memoratur à Procop. lib. 2. de Bello Perſico cap. 30.

Venatoni;

[a] Venatoni; item ad aliam partem sunt civitates, id est, [b] Somaschæ, [c] Ivirium. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [d] Apsaron, [e] Camasim, [f] Apisidem, [g] Nigrom, Phasis Lazorum, [h] Siganium, [i] Cotaisin, [k] Charientis, [l] Chobz, [m] Tha-

[a] Locus hic non occurrit apud ceteros.

[b] De hac urbe altum ubique silentium.

[c] Forsan Iberium: *B* siquidem in *V*, & *E*, in *I* frequenter mutantur in codice nostro.

[d] Ἀψόῤῥος urbs in Ponto Cappadocico Ptolemæo, Ἄψαρος Arriano in Periplo. *Absarum* castellum, Plinio. *Apsaro*, Peutingerianæ tabulæ. Plinio lib. 6. sect. 4. *Flumen Absarum, cum castello cognomine in faucibus.* Ἄψαρος ποταμὸς Scylaci.

[e] In Periplo nostro scribitur *Acamas*. Hic igitur scribi forsan debet *Acamasim*, pro *Acampsim*. Porro *Acampsis*, ut paulo post dicetur, fluvius est, à quo loci hujus nomen mutuatum videtur.

[f] *Apasidam* vocat Peut. tabula. *Apisidem* nihilominus iterum leges in Periplo nostro. Num urbs fuit ad Isidem fluvium? de quo Arrianus in periplo & Plin. lib. 6. sect. 4.

[g] *Nigro* iterum occurrit in periplo nostro; etiam & in Peuting. tabula. Plinii editiones priores *Nogrum* flumen his in partibus exhibebant, in posterioribus vero scribitur *Mogrus*, ut & apud Arrianum in Periplo. Apud Plinium, medius ille fluvius inter Isidem & Bathyn recensetur.

[h] *Sigania* fluminis in Colchide Plinius meminit, *Siganei* oppidi Ptolemæus.

[i] *Cotarsis* inferius scribitur. *Coataisim* urbem Iberiæ Agathias collocat ad Phasidem.

[k] Urbs haud dubie irrigata à Charienti flumine, de quo mox dicemus.

[l] Peut. tab. *Chobus*. Cognominem fluvium in Colchide Arriani periplus memorat. *Covus è Caucaso per Suanos* fluit, inquit Plinius lib. 6. sect. 4.

[m] *Tassiros*, Peutingerianæ tabulæ, *Tasbiros* Periplo nostro.

byrrus, [a] Cyaneis, [b] Stelippon, Sevantopoli. [c] Apatura, Cypos, [d] Stratuclis, [e] Malichi, [f] Achæon, [g] Sindice, [h] Nicopolis, Ermonaſa. Per quas diverſas patrias prænominatas tranſeunt flumina, id eſt, Araxes, [i] Mardes, [k] Coapis, [l] Baſtros, Terdon, Cyros, Ciſſon, Cambiſis. Ex quibus fluminibus merguntur in Oceano Caſpio. Item ad aliam partem ſunt flumina, id eſt [m] Cormata, Canimadium, Cuſaba, Cucuas, [n] Gauriano, Stephano, &c.

a Locus ſic dictus à Cyaneo flumine.

b *Stempeo* ſcribitur in Peutinger, *Stelippon* iterum in noſtro Periplo. Ἀϛέλεφος Arriano fluvius eſt Cyaneo vicinus, cui etiam proximam hanc urbem fuiſſe neceſſe eſt.

c *Ἀπάτυρει* & *Κῆπος* in Corocondama peninſula, urbes ſunt antiquis notiſſimæ. Obſerva tamen, quod extra pe insulam illam ſitus utrique hic videtur aſſignari.

d *Stratoclia* vocatur à Plinio. Erat ad Cimmerium Boſphorum.

e Lege *Malichi* cum Peutinger tab. & cum Periplo noſtro.

f Tractus illius incolæ *Achæi priſci* dicebantur.

g Hinc Σινδοὶ Corocondamæ peninſulæ populi Arriano, Stephano, &c.

h *Nicopolis* hæc, ut ex ſitu ejus inter Syndicen & Hermonaſſam colligitur, alia eſt ab ea, quam in Armenia condidit Pompeius.

i *Μάρδου* fluminis meminit Ptolem. ſed in Media.

k *Χοάσπες* ex Dionyſio, Euſtathio, &c. Suſam irrigat, ex Ammiano Mediam.

l *Baſtros* & *Terdon* mihi nullibi occurrerunt. Notiores ſunt ceteri quam ut de his dicendum aliquid ſit.

m Fluvium hunc eumdem eſſe exiſtimo, quem Tacitus Ann. 12. *Cormam* vocat.

n Γλαῦκος Straboni. Hinc Chardini conjectura alioquin erudita evertitur. Exiſtimat enim *Glaucum* Strabonis, eſſe Arriani *Charientem*: & ecce hîc *Gaunus* à *Chariente* diſtinctus.

cus, [a] Sicris, Maritis, [b] Nigrinus, [c] Astias, Filigiston, Arbor, Almanticum, Vercicum, Nocur. Item ad aliam partem, in Lazorum patria, sunt plurima flumina, id est, [d] Acapsis, Fasis, [e] Ofiuntis, [f] Chariumtas [g].

XIII. Item ad partem Meridianam, confinalis suprascriptæ Persidæ Assyriorum Ctesiphontis Peloriarcæ, est patria quæ dicitur Mesopotamia, quam circumdant flumina maxima, id est, Tigris & Euphraten, quapropter & Mesopotamia appellatur. In qua [h] Mesopotamia, plurimas legimus fuisse civitates inter Orien-

[a] Ut jam observavi *Sygris* vocatur in tab. peut. Ab eo forte dicta Σιγιανὴ Mediæ regio, Straboni, vel è contra.

[b] Ab ostio *Nigrini* fluminis non procul incolunt *Derbiccæ* in tab. peuting.

[c] Hinc forte Ἀσθιανὴ in Armeniæ quartæ, seu minoris regio apud procop. lib. 3. Ædific. cap 3.

[d] Ἀκαμψις Arriano & Constantino porphyrogen. Boas fluvius ex procopii lib 4. cap. 2. de Bello Gothico, vicinus mari nomen amittit, & Acampsis, quasi flexu carens, vocitatur.

[e] Ὀφις Arriano fluvius Cappadociæ in pontum Euxinum sese exonerans.

[f] Chariens plinio. Χαρίεις ptolemæo, &c.

[g] *Canimadium*, *Cusaba*, *Cucum*, *Maritis*, qui supra *Meritus* dicebatur, *Astia* qui & paulo ante *Anstia scribebatur*, *Filigiston*, *Arbor*, *Almanticum*, *Vercicum* & *Nocur*, fluvii sunt ex nullo alio scriptore cogniti.

[i] Mesopotamiæ urbes fere omnes, quæ hic exhibentur, reperies etiam in peut. tabula, paucissimas apud ceteros scriptores geographicos. Verum quia variationes insignes occurrunt, de unaquaque agendum est.

tis philosophos, ut ait Castorius; ex quibus aliquantas [designare volumus] id est, Edessa, [a] Minicerta, [b] Bara, [c] Beta, Nisibi, [d] Manacarta, Reche, Resama, Salar, Charris, Batnis, Thiar, [e] Bicum, [f] Barna, [g] Thatama, [h] Cara, [i] Fons

a Inter *Edessam* & *Minnocertam* inseritur in Peutinger. *Barbare*, cui responderc in nostro Anonymo *Barabeta* suspicatus sum aliquandiu.

b An Βαζάς, quod Procop. lib. 2. de Ædif.-cap. 4. castrum est Amidæ proximum?

c *Beta* non legitur apud ceteros.

d Μάχαςτα scribitur in Notitiis episcopatuum græcorum editis ad calcem Codini pag. 358. Episcopalis sedes fuit sub Edessa metropoli. *Macharta* cum aspiratione Peuting. tab. à *Nisibi* XXIV. milliaribus disparata. Post *Machartam* occurrit in Peuting. *Rene*, quæ est *Reche* nostra, milliariaque inter utramque XXVIII. numerantur: à *Rene Ressaniam* XXXVI. postea *Sahal*, qui locus est *Salar* Anonymi nostri XXXV. *Charris* XXXII. *Batius* XXX. (minus recte, *Batnarum* enim meminerunt prædictæ Notitiæ loco citato, & Procopius Ædific. lib. 2. c. 7.) *Thiar* XXXII, à quo loco XII. milliaribus itur *Zeugma*.

e Peut. tab *Vicus*.

f Forte *Varnon* sedes episcopalis sub Edessa metropoli, de qua mentio in Notitia Antiochena, edita ad calcem Willelmi Tyrii.

g Peut. tab *Thalama*, urbs posita quadragesimo milliario ab Edessa Occidentem versus. Ita certe disponitur in prædicta tabula: verùm inde sitûs ad occidentem, septentrionem vel meridiem certum elici judicium non posse, deprehendi ex aliis locis, de quorum positione minime ambigitur. Id tamen observasse, non fine ulla omnino utilitate fuerit.

h Peut. tab *Charra*. Locus hic milliaribus XXVI. distat ab Edessa versus Orientem. Diversus est ab aliis duobus ejusdem nominis, de quibus supra.

i Peutinger. tab. *Fons Scabore*.

Cavoræ, [a] Thumida, [b] Thelmisa, [c] Sichinus, [d] Zaguræ, [e] Digeren, [f] Artamus; Singara, Thamuri, Nesibi, [g] Sapha, Tygrinopolis, [h] Arsamosathi, [i] Arsinia, Gorbilon, Cholcis, Mazara, Thertonia; Item alia parte est civitas id est [k] Tarana, [l] Vesceria, [m] Thegubris, Chadia, Chasta, Magrus, Amostas, Batitas, [n] Bara, Alaina, [o] Sigura,

a *Thubida*, eidem Tabulæ.

b Nec in Peuting. tab. nec apud ceteros occurrit.

c *Sibinus* Peut. tab. à *Singara* XXX. Mill. distans. Hic non erit importunum observare, in nostro sæpius codice *Ch* adhiberi, ubi sola aspiratio in Peut. tab. Ita paulo infra occurret nobis *Chadia* pro *Hadia*, *Chasta* pro *Haste*, *Chebron* pro *Hebron*, &c.

d In Peut. tab. loci hujus situs est XXI. Mill. à *Singara*, versus meridiem.

e Hic locus ubiq; omittitur.

f *Arcamo*, Peut. tab. distat XXX. Mill. à *Thamandi*, quod nostro Anonymo *Thamuri* est: hic vero X. à *Nisibi*. Medius præterea fluit Tigris inter *Arcamo* & *Thamandi*.

g In Peut. tab. A *Sapha ad fluvium Tigrem*, quæ *Tigrinopolis* nostra est, non notatur distantia.

h An eadem cum superius memorata *Arsomatasa* incertum. In Notitia Antioch. *Arsomasata* sub Amida recensetur.

i Sequentes urbes in hunc modum disponuntur in Peut. tabula. Ab *Arsinia*, *Corvilu* Mill. XIV. *Colchis* XIII. *Mahara* XVI. *Thirtonia* VIII. quæ à *Melentenis* XVII. milliaribus & prætereà Euphrate fluvio separatur. Κολχὶς & Μάζαρα Armeniæ majoris urbibus accensentur à Ptol.

k *Tharrana* Peut. tab. Quæ sequuntur, ex Peut. tabula in insulis fuere, quas Euphrates ad Tigrim approximans efformat.

l *Roschirea*, Peut. tab.

m Eidem tabulæ *Tigubis*, *Hadia*, *Haste*, *Magrus*.

n Non eadem videtur esse cum superiori. Nec etiam occurrit in Peut. tab. in qua tamen *Amostas*, *Batitas*, & *Alaina*.

o *Sirgora*, Peut. tab.

[a] Dagala, Aris, Saviri, Amaude, [b] Arta, Zates, [c] Thelia, [d] Selinus, [e] Babla, [f] Nazara, [g] Seleutia, [h] Duranicanoris.

XIV. Item ponitur patria Hæbræorum Judeæ, Palæstinæ. In qua plurimas civitates fuiſſe legimus inter plures Philoſophos, ut ait Caſtorius; ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt, Jeruſalem, Bethleem, Rama, Chebron, Emaüs qui & Nicopolis, [i] Lydda, [k] Antipation, Nazareth, Bethſaïda, Cæſarea, Apolonia, Joppis, [l] Azoton, Aſcalona, Gazis, [m] Rafis, [n] Oſtracina, Caſſion, Gerro, Heluſa, [o] Capala, An-

[a] *Dagala* cum tribus ſequentibus à ceteris neſcitur.

[b] Forte *Artazates*.

[c] Num Θιλδα Meſopotamiæ urbs Ptolem.

[d] Variæ urbes huic cognomines, ſed aliis in regionibus, occurrunt.

[e] An Βαβίλα quæ Ptolem. eſt urbs majoris Armeniæ.

[f] Peut tab. *Naharra*, de qua jam ſemel actum eſt.

[g] Multæ fuerunt antiquitus Seleuciæ; hæc ad confluentes Euphratis & Tigris poſita erat

[h] Hanc fruſtra quæſieris apud ceteros.

[i] *Lyddam* & *Ramam* unam eamdemque urbem fuiſſe credidit Caſtaldus. Hinc contrarium evincitur.

[k] Αντίπατρις Ptolem.

[l] Hodie *Alcette*.

[m] Ραφία Ptolemæo & Straboni. Hic, Ptolemæum quartum ibi cum Antiocho magno decertaſſe, ſcribit.

[n] Ὀστρακίνη, Κάσιον & Γέῤῥον ad Ægyptum pertinent ex Ptolem. Ἐλουσα ad Idumæam.

[o] De *Capala* & *Andranoſa* nulla eſt mentio apud alios auctores; de Gadda autem in ſola Peuting. tab. quæ trans Jordanem ſitum ei aſſignat; ac proinde extitiſſe videtur in tribu Gad, unde forte natum illi nomen. Adrichomio urbs eſt *Gaddi* nomine in tribu prædicta. De *Gaddi* vero ſermo non ſemel in Scriptura.

dranoſa, Gadda. Item deſuper ſunt civitates, id eſt, Samaria [a] Sichas, [b] Betil. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt, Jericho, [c] Copna, [d] Faſſelide, [e] Gadora, [f] Leviada, [g] Cherras, [h] Thamara, [i] Macaſa, Baratagoda, Devite, Amathunte, Phyladelphia, [k] Salomiada, Scythopolis, Neapolis, [l] Jamniam, [m] Gadaram, Pellam, Capitoliada, Tiveriada, [n] Sapori, [o] Racha, Ceras, [p] Juliada [q] Samachon, Cæſarea Panias,

[a] *Sichar* vocatur Joan. 4. 5. In veteris teſtamenti libris ſacris, *Sichem*.

[b] Ipſa eſt *Bethel* abſque dubio.

[c] *Coſna*, Peuting. tabulis, Γοῦφια Ptolem. *Gophnitica* Plinio.

[d] Lege *Phaſelide* cum Ptolem. & aliis.

[e] Γάδωρα Ptolemæo.

[f] Hæc *Libias* eſt, quam in honorem Liviæ Auguſtæ Herodes ſic dici voluit, ut auctor eſt Euſeb. in Chronicis. *Bethara* prius vocabatur, teſte Hieronymo.

[g] Urbs nulli memorata.

[h] Ptol. Θαμάρα.

[i] *Macaſa*, *Baratagoda*, & *Devite* urbes ſunt incognitæ ceteris.

[k] Locus forſitan ille eſt qui *Salome* vocatur apud Guill. Tyrium.

[l] *Jamneas* duas numerat Plinius. Hæc intus fuit.

[m] Peut. tab. *Cadara*. Ptolem. Γάδαρα. Diverſa eſt à *Gadora*, de qua paullo ſuperius.

[n] Nemini memoratur.

[o] Forſan *Rachal*, de quo loco 1. Reg. 30.

[p] Quorumdam opinio eſt *Juliada* eamdem urbem eſſe cum *Libiade*. Verum refragatur auctor noſter, *Juliadaque* à *Liviade* diſtinguit cum Ptolemæo.

[q] Σεμεχωνῖτις lacui forſan proxima. Joſeph lib. 3. cap. 18. meminit hujus lacus. Eſt inter Cæſaream Philippi & mare Galileæ; Aquæ Merom dicitur Joſ. 11. 5. & 7. ut poſt Ortelium R. P. Lubinus obſervavit.

[a] Bicum, Carra. Per quam patriam plurima transeunt flumina, inter cetera quæ dicuntur Jordanis, & [b] Jeromisus. Quæ Judæorum patria & Arabiâ ex uno latere conscribitur.

XV. Iterum juxta Hebræorum regionem ponitur patria, quæ dicitur Syria [c] Cilensin Comagenis. In qua Syria plurimas fuisse civitates legimus inter supradictos philosophos, ut ait Castorius; ex quibus aliquantas designare volumus, id est, Antiochia famosissima, [d] Padas, [e] Empsa, [f] Mileagrum, [g] Multridis, [h] Tana, [i] Nisson, [k] Jaracopama, Samosata,

[a] *Bicum*, seu *Vicum*, *Carra* & *Ceras* nullibi reperiuntur.

[b] Plinio *Hieromiax* Gadaram præterfluens. MSS. codices legunt *Hieromix*, ut in eruditissimis notis ad Plinium observavit R. P. Joan. Harduinus Soc. Jes. Peutinger tab. *Heromicas*, cujus cursum Jordani fere parallelum depingunt.

[c] Quin mendum huc irrepserit nullus dubito. Legendum igitur suspicor Seleucidem. Syria enim in Judæam Phœniciam, Cœlesyriam, Seleucidem & Comagenem olim tribuebatur.

[d] Forsan *Pagas*. Est vero *Pagaris* urbs Antiochiæ vicina in tab. Peutinger. Eam Strabo, Plinius & Ptolemæus *Pagras* appellant.

[e] *Emma* forte Peutinger. tab quæ Ptolem. Ἴμμα dicitur.

[f] *Meleagrum* tab. Peuting. *Meleagri vallum* Straboni.

[g] Hunc situm occupat *Metridatis regnum* in tab. Peutingerian.

[h] *Thanna* scribitur in Peuting. tab.

[i] Peut. tab. *Cesium*.

[k] Legitur in tab. Peuting. in *Heracome*. Est quidem Stephano Ἱερὰ κώμη, sed in Caria, à qua multum adhuc distamus. Si lectio nostra retinenda erit, addenda aspiratio, ut sit *Hieracopama*.

[a] Since, [b] Araris, Zeugma, [c] Phaltauri, Bathnis, [d] Beria, [e] Cacida, Achia. Item juxta suprascriptam Antiochiam est civitas, Daphnis, [f] Baccatamus, [g] Ponte, Laoditia, Gabala, Raphanus, Apamea, [h] Temeuso, [i] Calhi, [k] Byrsa, [l] Bata, Zaronavus, [m] Europa, [n] Celciliana, [o] Pamunari, Jerapolis, [p] Mal-

[a] Peutinger. tabul. *Singe.* Σίγγα Ptolemæo Comagenæ oppidum.

[b] Peutinger. tab. *Arulis*, Ptolem. Αρουδὶς ad Euphratem. Antonini Itinerarium *Abarara*, sive *Abarraza*.

[c] De *Phaltauri* nihil ceteri scriptores, Peutinger. tab. excepta, ubi *Thaltauri* legitur XII. à *Bathnis* milliari. De *Bathnis* jam semel actum est in superioribus.

[d] *Beria* meminit S. Hieronym. in vita Malchi. *Berya* est tab. Peuting.

[e] *Calcida* legitur in tab. Peut. scribendum *Chalcida.* Chalcis enim Plinio est in Cœlesyria.

[f] Locus incognitus, si alius sit à *Bacataiali*, Peutinger. tab. qui est Ptolemæo Βακταϊαλλή.

[g] Tab. Peut. legit *Gephyracum* Ptol. &c. Non semel latinam significationem Græcis dictionibus substituit noster Anonymus. Vidimus jam supra *Jovis*, ubi Antonini Itinerarium habet *Dios*. Guillelm. Tyrius meminit *Pontis Ferri* ad Orontem septem circiter millibus ab Antiochia disparati: Illius etiam mentio frequens in Anonymo Casinensi, qui historiam belli sacri scripsit, ut videre est in Musæi Italici tom. I.

[h] *Temeuse* tabula Peutinger.

[i] Tab Peuting. *Cabi.*

[k] Ibidem legitur *Bersera*, pro *Byrsa.*

[l] Alia à Bathnis, urbe de qua supra, utraque enim apud Antoninum.

[m] *Europum* in Syria habent Ptolem. Polyb. & Plin.

[n] *Ceciliana*, Peutinger. tabul. Ptolemæo, qui eam ad Euphratem reponit, ut & *Europum.*

[o] *Apammari* legitur in tab. Peuting.

[p] Huc mendum irrepsisse, debereque scribi *Palmyra* suspicor.

miora, [a] Orarabon, [b] Thesida, Larissa, Tamira, [c] Palthon, [d] Balaneis, [e] Antarada, [f] Ortozea, Epiphania, Arethusa, [g] Emetia, [h] Laoditia, [i] Hepolis, [k] Tavila, [l] Marara, [m] Eraiza, [n] Barbalission, [o] Antis, Sephe, [p] Adiazane, [q] Suri, [r] Risapha, [s] Cholle, [t] Orissa, [u] Adaris,

[a] *Occaraba* tab. Peuting.

[b] Legitur ibidem Thesida.

[c] Absque aspiratione legitur in tab. Peuting. & apud Steph. & Pompon. qui Phœniciæ eam tribuunt.

[d] *Malaneis* legitur in codice nostro, sed *Balaneis* reposui, Ptol. Steph. & Tab. Peuting. auctoritate.

[e] Illam urbem memorant Plinius & Ptolemæus *Andaradus* dicitur tab. Peuting.

[f] Ὀρθωσιάς Ptol. & Strab.

[g] *Hemesa* Plinio, Ptolemæo Εμισσα &c, corrupte *Nemesa* in tab. Peuting.

[h] Cum *Laoditia* hæc proxime sequatur *Emetiam*, seu *Emesam*, cui vicina erat *Laodicea Cabiosa*, sive ut in tab Peutinger. & alibi legitur *Scabiosa*; de ea hic agi par est existimare, non de alia Syriæ propriæ *Laodicia*, quam Numismata Alexandri Theopatoris, à D. Vaillant in histor. Regum Syriæ explicata, πρὸς θαλάσσαι nuncupant.

[i] *Heliopolis* non procul hinc distat, ac proinde, si sanus est locus, usu abbreviata hæc dictio dicenda erit.

[k] Tab. Peutinger. cum Ptolem. *Abyla*.

[l] Eumdem hunc locum esse suspicor quem Tab. Peuting. vocat *ad Medera*.

[m] An Ptolemæi Εραγίζα Syriæ urbs ad Euphratem? Est certe *Eraciha* tab. Peut. *Barbalisso* proxima.

[n] Βαρβαρισσός ad Euphratem Ptolemæo. Consule notas ad pag. 48.

[o] Tab. Peutinger. legunt Attas. Αθις est Ptolem.

[p] Num potius *Adiabene*, unde regioni nomen fuerit?

[q] Σοῦρα . tolemæo, Tab. Peuting. *Sure*.

[r] *Risapa*, tab. Peuting.

[s] Κόμη Palmyrenorum urbs Ptolem.

[t] Tab. scribit *Oruba*, sed sincerior nostra lectio mihi videtur. Hunc enim locum suspicor esse *Orisson* Episcopalem sedem sub Emissena metropoli de qua Guill. Tyr.

[u] Tab. Peut. *Ad arin*.

Damaſcius, Prodim. Item ad aliam partem juxta mare ſunt civitates, id eſt Biblon,[a] Birithon, Sidone, Tyrone, Ecdippa, Ptolomaida, Dora. Per quam Syriam tranſeunt plurima flumina, inter cetera, quæ dicuntur [b] Bana, Farfara, Chalamac, [c] Siriga, [d] Capadox, Orontis, [e] Heleutra, [f] Chryſoroas, Adon, & Potamia.[g]

XVI. Item ponuntur diverſæ patriæ, in [h] Meſogia Græcorum, id eſt, quæ dicitur Phœnitia, item Cilicia, necnon Belfagonia [i] Mutuoſa. Item juxta mare Ponticum eſt patria [k] Chaldæorum, quæ conjungitur ſupraſcriptæ, quam præno-

[a] *Berythum* intellige. Ceteræ celebres ſunt. Ex his urbibus quibus hic conſtat Syria multæ ſunt, quæ prius ex ſola Peutinger. tab. notæ erant. Quæ vero ignotæ omnino *Ach a Baccatamus, Zaronzuus, Tamira, Sephe, Adiazane*, niſi legendum ſit *Adiabene* & *Prodim*.

[b] *Abana* vocatur 4. Reg. 5. & ſequens *Pharphar*.

[c] Σιrγα forte Ptolemæi.

[d] *Cappadocis* quidem amnis, ſed ad Cappadociam pertinentis, Plinius meminit.

[e] *Eleutherus* Plinio, Joſepho, Ptol. & Peut. tab.

[f] Erroris hîc plures arguuntur, qui *Pharphara* eumdem eſſe credunt, qui & *Chryſorrhoas* dicitur. Chryſorrhoæ nomen, & Nilo inditum, aſſerit Cedrenus ad annum 2572.

[g] *Chalamac*, *Adon* & *Potamia* ab aliis omnibus reticentur.

[h] Id eſt Mediterranea.

[i] Forte *Paphlagonia montuoſa*.

[k] Regionis hujus frequens mentio apud Conſtantinum Porphyrogen. Cedrenum & alios ſcriptores Byzantinæ hiſtoriæ. Χαλδία ab ipſis appellatur.

minavimus, Lazorum patriæ. Item ad aliam partem verbi gratia, ut dicamus, ad mare magnum colfum Orientalem, juxta ſuperius dictam Ciliciam, eſt patria quæ dicitur Izauria [a] Decapolenſis. Item patria [b] Seleutia; item Pamphilia, quæ dicitur [c] Aſpeno; item patria [d] Luſia Ioniæ Cariæ; item patria Lydia Phryges; item patria Piſſidia; item Lycaonia; item patria Epheſiana Helore; item patria Phrygia [e] Olympi, ex qua multum laudatur in omnibus; item patria quæ dicitur Galatia Miſcon; item patria quæ dicitur Bithynia. Quas diverſas [f] Meſogeon. Græcorum patrias multas multi deſcripſerunt philoſophi. Ex quibus ego legi Iamblicum, atque Pyrithon, & miſerum Porphyrium Græcorum philoſophos Orientis deſcriptores; ſed & ſuperius dictum Caſtorium Romanorum coſmographum: ſed non ipſi æqualiter, alius verò, alio modo. Ego autem ſecundum Caſtorium, qui infe-

[a] Decapolis hæc nulli, opinor, cognita.

[b] *Seleuciæ* urbis in Iſauria meminit Concilium Nicænum. De ea forſitan hic agitur.

[c] *Aſpendus* fuit Pamphiliæ oppidum, unde ei natum erit hoc cognomen, de quo etiam inferius agetur.

[d] Legi debet *Lycia*.

[e] Ab Olympo monte ſic dicta. *Olympinos* populos inter Phryges numerat Ptolemæus.

[f] Μεσογαίαν.

rius dictas nominavit civitates. Quæ diversæ suprascriptæ Mesogeon patriæ, dum satis sunt spatiosissimæ, plurimas habuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est Tarsus, [a] Taurim, Pompiopolis, Zephyrion, [b] Cygnos, [c] Soloe, Tetrapyrgia, Coricos, [d] Seleucothim, [e] Daspaucanion, [f] Crunis. Item alia parte, juxta supradictam civitatem Tharsum Ciliciæ, est civitas quæ dicitur Adanon, item Momsuestia, Epiphania, Isson, Catavolon, Ægis, Mallon, Pyramos, [g] Paduando, [h] Irnisos, [i] Anchiala, [k] Mompsocrene;

[a] Peutinger. tab. *In monte Tauro.*

[b] *Cydni* fluvii in Cilicia meminit Ptolemæus cum aliis. Locus hic forte fuit ad ejus ostium.

[c] Tabul. Peutinger. legit *Soloe* & melius quidem quam *Solde* quod occurrit in codice nostro. Nec prætermittendum quod *Pompeiopolis* & *Soloe* ejusdem urbis duo nomina sunt Ptolemæo, duæ vero distinctæ urbes tum tabulæ, tum nostro Anonymo.

[d] Hic in tab. Peuting. *Seleucia* occurrit, quæ *aspera* vocatur à Ptolemæo, & aliis.

[e] Locus nulli ex ceteris memoratus.

[f] De *Crunis*, cum nostro auctore sola agit tabula Peutinger.

[g] *Podando*, Antonini Itinerario. Cum nostro Peut. consentit.

[h] Num Εἰρηνόπολις? quæ apud Ptolem. non procul hinc stat.

[i] *Anchiala* nulla, ad has regiones, ex aliis scriptoribus, pertinet.

[k] Id est *Mopsi fons* Ptolemæo, Μόψου κρήνη. Sic in Peut. tab. *Mompsistea*, Anonymo nostro Momsuestia, pro *Mopsuestia*.

Iterum civitas [a] Laoditiæ, Marathon, Orthoſia, [b] Arados, Tripolis, [c] Boſtrinos; Item ad aliam civitatem, id eſt Mazaca, quæ & Cæſarea Cappadociæ, Araſaxa, [d] Lariſſa, [e] Ingiliſſis, [f] Comona, [g] Naſtavera, [h] Archelai, Lopolis, [i] Arecha, [k] Lacalaſin, [l] Samma, [m] Ca-

[a] Urbes illæ ſex ad Syriam pertinent.

[b] Fuit Ἄραδος Phœniciæ inſula, Ptolemæo, Plinio, Stephano teſtibus. Fuit & oppidum Syriæ dictum Ἀντάραδος, *Andarado*, Peut. tab. Porro hic agi de *Antarado* potius quam de *Arado*, pluſquam ſuſpicio eſt.

[c] Βότρυς Ptolemæo, Peut. tab. *Botrus*.

[d] Inter *Lariſſas* plures, quæ apud veteres reperiuntur, nulla ad Cappadociam pertinet: hanc tamen memorat & Peuting. tab. Sit ergo forſitan Λαχεριασσός in minori Armenia. Quo de loco Ptolemæus.

[e] *Inciliſſa*, Peut. tab. Alibi nuſquam apparet.

[f] Peut. tab. *Comana Cappadociæ*. Huic, xx. milliar. ab Inciliſſa, monte Tauro medio, poſita eſt. Ptolem etiam Κόμανα Καππαδοκίας dicitur.

[g] Ceteris incognita eſt.

[h] In Peut. tab. uno verbo legitur *Arcilapopolı*, trigintaque milliaria inter hunc locum & *Singam* notantur. Ptolemæo tamen & Plinio *Archelai* urbs eſt Cappadociæ, & licet de ipſius ſitu inter eos minime conveniat, ex utroque nihilominus procul hinc ſtetiſſe conficitur. Nam in Comagenam gradum retulimus.

[i] Ἀρήχα, Ptolem. *Arega*, Peut. tab.

[k] Peuting. tab. *Lagalaſſo*. Si Ptolemæi Λαχεριασσός non ſit Lariſſa noſtra, ut ſupra ſuſpicabamur; poteſt eſſe *Lacalaſis*. Locus enim ille non multum aberat à *Melitina*.

[l] Diſtat ab eadem *Melitina* XIII. milliar. in Peut. tab. Ζάμα duplex occurrit apud Ptolem. quarum neutra cum *Sama* noſtra convenit in ſitu.

[m] Utrum trans Euphratem loca illa *Caſtorum* & *Pacoſanda* requirenda ſint, incertum. De his enim altum ſilentium apud ceteros.

ſtorum, Pacoſanda, [a] Thertonia, Ad Aras, [b] Leriſus, [c] Merita, [d] Corte, [e] Melitini, [f] Germantia, [g] Naſtar, [h] Ariandum, [i] Salondona, [k] Amanon, [l] Comacenin, [m] Scaſuſon, [n] Pordonion, [o] There, [p] Caranon, [q] Barſalium, [r] Ceziſtra,

[a] *Thirtonia* ſcribitur in Peuting. tab. Novem milliaribus diſtat à loco dicto *Ad Aras*, qui VIII. mill. & Euphrate ex eadem tab. ſeparabatur à *Melitinis*, quæ eſt Ptolem. Μελιτηνή.

[b] Locus antea incognitus.

[c] Μέτειτα, Ptolem. Peut. tab. *Metita*, ad citeriorem ripam Euphratis.

[d] Κόρνη, Ptolem. Peuting. tab. Corne.

[e] Præter Armeniæ *Melitenam*, eſt & alia Cappadociæ apud Ptolem. Stephanum, &c.

[f] *Germanicia* ceteris.

[g] Peut. tab. *Naſta*.

[h] Peut. tab. *Arianodum*, x. mill. à loco *Naſta* ibidem nominato. Eſt, opinor, Ἀριανζός vicus Tiberinæ regionis, S Gregorii Nazianzeni natalibus illuſtris, ut teſtis eſt Nicetas in argumento orationis de plaga grandinis. Ἀριανζοῖς etiam, ait Gregorius Preſbyter ejus vitæ ſcriptor, μετατίθεται τὴν διατριβὴν τὴν δὲ ζωὴν ἐν Βάθαις πολιᾷ, πρὸς τὴν ἀμείνω καὶ ὑψηλοτέραν κατάστασιν.

[i] Peut. tab. *Salandona*.

[k] Statio eſſe debuit in monte Amano, aut certe Ἀμανικαὶ πύλαι, quæ ex Cilicia in Syriam ingreſſum aperiunt.

[l] Peut. tab. *Acomacenis*, aut *Incomacenis*, locus XXVII. Mill. à *Mopſueſtia* diſparatus.

[m] *Scaſuſon* non invenitur apud ceteros, niſi ſit *Daſcuſa*, de qua Plinius, Notitia dignit. Rom. Imp. & Peut. tab.

[n] *Pordonnium*, Peut. tab.

[o] *Perre*, Antonino & Peutinger. tab.

[p] Peuting. tab. *Carbanum* quarto milliari à *Samoſata*. De hoc loco intelligendus videtur Cedrenus pag. 574. A. Ὁ δὲ βασιλεὺς τήν τε Κασάμαν ἐξεπόρθησε, καὶ τὴν Καρβαί. *Baſilius* (Macedo ſcilicet) *Caſamanem*, *Carbanem* ... *excidit*, &c.

[q] Ptolemæo Βαρζάλω. *Barſalium* item Peut. tab.

[r] Peuting. tab. *Cibiſtra*. Utrum rectius, ambiguum: inter Κύβιστρα enim & Κύζιστρα, Τύανα fere media ſtat apud Ptolem.

[a] Ambavalis, Tyana; Item alia parte eſt civitas [b] Mironi Pephlagoniæ; Item civitas [c] Pallagres, Amaſia, Garſe, Thonea, Thavia, [d] Arbaſera, Granga, [e] Surtade, [f] Stefane, [g] Garamvas, [h] Egiale, [i] Pompiopolis, [k] Vicui, [l] Gangaris, [m] Otreas, [n] Paraſia, [o] Bacama, [p] Grognas. Item ad aliam partem, juxta

[a] Peuting. tab. *Addavalis*, vigeſimo ſeptimo milliari à *Tyana*.

[b] Peuting. tab. *Mirones* x. milliar. à *Neocæſaria*, verſus *Amaſeam*.

[c] In Peuting. tab. ſic urbium ſequentium ſcribuntur nomina & milliaria ſupputantur. Inter *Palalcen*, quæ eſt noſtro Anonymo *Pallagres*, & *Amaſiam* xv *Varſi* xxx. *Tonea* xxx *Tavio* xiii. *Tavium* cum Plinio memorant Ptolem. & Strabo. Urbs fuit epiſcopalis Galatiæ ex Nicæno Concilio & ex Notitiis epiſcopatuum Græcorum.

[d] *Arbanſera* & *Granga*, apud ceteros ſcriptores deſiderantur.

[e] Peut tab. *Syrtas*, xxxiii. Mill. à *Sinope*.

[f] Locus Galatiæ maritimus Ptolemæo & Stephano. De eo etiam Peut. tab.

[g] Peuting. tab. *Caranibas*, Plinio & Straboni *Carambis*.

[h] *Eg lan*, Peut. tab. Αἴγιαλος Zonaræ & Scylitzæ, Αἰγίαλος Annæ Comnenæ. Locus eſt in Bithyniæ ora, quem diverſum eſſe ab *Egiale*, de quo noſter Anonymus, affirmare non auſim.

[i] *Pompeiopolis*, Peut. tabulæ. Paphlagoniæ urbs eſt ex Ptolem.

[k] A ceteris neſcitur.

[l] Sic etiam legitur & in Peut. tab. Γάγγρα Stephano, *Gangre* Plinio. Nunc *Torsa* vocatur.

[m] *Otreſa*, Peuting. tab. Eſt forſan Ὀτροία urbs in finibus Bithyniæ Straboni.

[n] *Viraſia*, Peut. tab. xvi. mill. ab *Amaſea*.

[o] *Bacama* non occurrit apud ceteros.

[p] Incognitus locus hactenus, niſi ſit *Cromen* xi. mill. ultra *Amaſeam*, Orientem verſus, de quo Peutingerian. tab.

praefatam

præfatam civitatem ſupra Mironem, eſt civitas, id eſt [a] Caſſelena, [b] Colonia, [c] Eudipis, Pidis, Neocæſaria, [d] Seramiſſa, [e] Stabulum, Zena, Agonne, Rorimorum. Item non longè Neocæſaria, eſt civitas, id eſt [f] Bermiſſa, Comana Pontica, [g] Corripion, Paduando, [h] Trajas, [i] Sena, [k] Salarbima, [l] Arche-

[a] Hanc incognitis hactenus accenſe.

[b] Κολώνεια Conſtantino Porphyrogen. lib. 1. de Themat. Them. 10. dicitur *caſtrum munitiſſimum, ... ex quo thema accepit ut vocetur Colonea .... Initium eſt minoris Armeniæ incipiens à Cæſarea.*

[c] Ptolem. Εὔδιφος urbs Ponti Polemoniaci, non procul à Πίδα.

[d] Peuting. tab. *Seramiſa* XVI. milliar. à *Neocæſarea.* Σαρβαύισα forte Ptolemæo.

[e] Peut. tab. mill. numerat à *Seramiſa, ad Stabulum* XXII. deinde *Zelam*, quæ *Zena* noſtra eſt, XXXII *Ægonnem* medio interpoſito *Ptemari* LIV. *Rogmorum* XXXVI. qui locus, hic dictus *Rorimorum*, ex eadem tabula à *Tavio* diſtabat XXXVI. milliaribus.

[f] *Sermuſa* cum Peut. tab. legi debet, ni fallor. Ptolemæo Σέρμουσα dicitur.

[g] Peuringer. tabul *Coriopion*, XXII. milliar. à *Paduando.*

[h] Peut tabula per has urbes à *Miſago Tyanam* iter ſic notat. A *Tyana*, *Tracias* mill. XVI. *Caena* XVI. *Salaberina* XVI. *Corveunte* XXII. *Garmias* XIII. .... *Aſpaſi* XXII. *Nitazo* XXXI. *Mizago* XXX. Inſeritur *Aſpona* inter Garmias & Aſpaſi, ſed hæc inferius occurret.

[i] Peut. tab. *Cena.* Num Καῖνα urbs Lycaoniæ, de qua Ptolem.

[k] Peut. tab. *Salaberna.* Ptolem. Σαλαμβεία, ut legit MS. codex Palatinus, in aliis enim Σαλαμβόρια ſcribbatur.

[l] *Archelais* hæc in præfectura Garſauriæ eſt Ptolemæo, diverſaque ab *Archelaide* Cappadociæ, de qua ſuperius.

laida, [a] Corbeuſe, Carnias, Aſpas, [b] Nitatio, [c] Cone.

XVII. Iterum ad aliam partem eſt civitas, id eſt Sardis, [d] Metropolis, [e] Joppeda, Philadelphia, Tripolis, Eucarpia. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt [f] Puconia, [g] Laſcora, [h] Ecobriga, [i] Sitorci, [k] Pigila. Iterum ad aliam partem ſunt civitates, id eſt, Ni-

a Antonino *Curbeunca*, Κοϱβεουῦτος in Galatia Ptolemæo. Surita tamen ſcribit *Corbeneunca*. Itinerario Hierosolymitano *Curveunta*.

[b] Antonino *Nitazum*. *Nitazo* etiam interius ſcribitur & in Peut. tab.

[c] *Conni* in Peut. tab. occurrit inter *Eucarpiam* & *Nacoleam*.

[d] Hæc illa *Metropolis* eſt, ni fallor, quam mediam Strabo ſtatuit inter Smyrnam & Epheſum; cujus etiamnum reliquiæ ſuperſunt prope locum dictum *Cabagea*, non procul à Cayſtro flumine, ut auctor eſt Sponius in ſuo Orientali itinere.

e Hujus loci memoria Anonymo noſtro debetur, niſi ſit Ταϱαυπα, de qua Ptolem. & Strabo, Peut tab. *Ypepa*. Id autem extra veriſimilitudinem videtur eſſe.

[f] A ceteris prætermittitur.

g *Laſſora*, tab. Peutinger. Λασκοϱία Ptolemæo.

[h] In tabul. Peutinger. legitur *Eccobriga* per duplex *c*. Ea ipſa urbs eſt, quam Surita, in emendationibus ad Antonini itinerarium, obſervat ſcribi in MSS. codicibus *Fubrodim*, *Eubrogis* & *Ecobrogis*. Illam urbem, vel ejus certe nomen, Gallorum, qui Aſiam minorem ex parte occuparunt, opus eſſe ſuadet dictionis pars ultima. Briga enim, ſeu Briva, Gallicum nomen eſt Pontem ſignificans, ut apparet in *Samarobriga*, *Briva-Iſaræ*, &c.

[i] Κυπέοϱγι habet Ptolem. in Ponto Polemoniaco. Peutinger. tab. *Actorihiaco* vel *Cythero*, hic legit

[k] Πύϰλα Ioniæ oppidum eſt Stephano, Suidæ, &c. Pegella, Peut. tab.

tazo, [a] Asponna, [b] Rosolatiaco, [c] Artelaida, Sermusa. Item juxta mare Ponticum sunt civitates, id est [d] Melena, [e] Artanem, [f] Filium, [g] Chellas, [h] Sagaris, Hyppion, Bilion, Lycum, Heracleam, [i] Sileo, Tion, Amastra, [k] Tycæ, Cereas, Mileton, [l] Armone, Sinopis, [m] Cyptasa, [n] Carusa, [o] Orgivuate,

[a] Itinerarium Antonini & tab. Peutinger. legunt *Asponam*, Ammianus *Aspunam*, Ἀσπώνης sedis episcopalis sub Ancyra meminerunt Notitiæ episcop. Græc.

[b] Ptolem. Ῥοσολογία, *Orosologia* ejus interpretibus. Variant codices Antonini, dum alii legunt *Rosociacum*, alii *Rosologiacum*, *Rosolaciacum* ceteri.

[c] *Archelaïs* eadem, quæ supra.

[d] Arrian. in Periplo hunc locum vocat Ἄκρα Μέλαινα, id est nigrum promontorium; urbem hic pingit tab. Peuting. eamque *Melenam* etiam nominat.

[e] *Artace* vicus est Ptolemæo bis in regionibus: *Artanes* vero fluvius Arriano In tab. Peuting. *Artane* urbs prope *Sagar* fluminis ostium.

[f] Peuting. tabul. legit *Philium*, alluebatur haud dubie à fluvio qui *Phylis* dicitur ab Apollonio, *Psillis* autem à Plinio & Ptolemæo.

[g] Lege *Chelas* cum Arriano, Periplo nostro, & tabul. Peutinger.

[h] *Sangarius*, *Hyppius*, *Billaum* & *Lycus* illius tractus fluvii sunt notissimi; urbes vero cognomines, non ita.

[i] Tab. Peuting. *Scylleum*, Ptol. Ψίλλιον.

[k] In Peutinger. tab. quæ sola hanc urbem & duas sequentes exhibet, hæ notæ numeri apponuntur. A *Mastro* (id est *Amastra*) xx. mill. distant *Tycæ*, deinde xv. *Cereas*, totidem *Mileto*, unde milliaribus XIX emensis *Sinopen* pervenitur.

[l] *Armene* Plinio, Straboni, Scylaci, &c. Diruta jacebat Plinii ævo.

[m] Ptolemæo Κυπταία. *Cloprasa*, Peut. tab.

[n] Κάρουσα Scylaci, Κάρυσσα Marciano Heracleot. Plinio *Carusa*.

[o] Orgibate Peut. tab. & Periplo nostro.

[a] Zacoria, [b] Helega, [c] Nautamno, [d] Æzene, Amiſſos, [e] Ancona, [f] Ieracleo, [g] Camila, Polemonion, [h] Chaldiæ, [i] Melantion, Ceraſus, [k] Parnaſon [l] Philocalian, [m] Cordule, Trapezus, [n] Yſilime, [o] Ofeumte, [p] Medocina, Solodocina, [q] Gadiono, [r] Athenas, [s] Archavis,

[a] Arriano Ζάγωρα, *Zacoria* Peut. tab.

[b] In Periplo noſtro ſcribitur *Eleca*, *Helega* tamen in Peut. tab.

[c] Ναύςαθμος Arriano, *Nautagmo* Peuting. tab.

[d] Εὐσλήνη Ptolem. & Arriano. *Ebene* Peut. tab.

[e] Ptolem. Αμισσηνῶν Αγκών. Peut. tab. *Ancon*.

[f] *Heracleon*, Peut. tab. &c.

[g] Peutinger. tabula, quæ ſola ex ceteris geographis *Camilam* non omiſit, XXVIII. mill. à *Polemonio* ipſi ſitum aſſignat.

[h] Primaria urbs haud dubie Chaldiæ regionis, de qua in ſuperioribus.

[i] *Melantum* Peuting. tabulæ. *Melanthium* Cappadociæ flumen eſt Plinio & Arriano in Periplo, juxta quod poſitum oppidum hoc fuiſſe videtur.

[k] Φαρνακία, de qua Ptolem. & Plinius, hic aut non procul ſtabat. *Carnaſo* legitur in Peuting. tab. *Parnaſſum* in Periplo noſtro. His omnibus perſuaſus *Parnaſon* ſcribo, licet in codice *Eiſnoſon* legatur.

[l] Plinio *Philocalea*. Φιλοκάλεια Arriano in Periplo.

[m] *Chordule* cum aſpiratione ſcribitur apud ceteros, una Peut. tab. excepta.

[n] Hîc locus à Ptolem. & ab Arrian. Ὑσσου λιμὴν, ſive *Hyſſus portus*, vocatur.

[o] Ὀπιοῦς Ptol. urbs Ponti Cappadocici.

[p] Peut. tab. *Medocia* & *Solonenica*. A *Sataia*, *Solonenicam* XXXVI. mill. numerantur; hinc *Medociam* 12. Attende autem quod iterum in Periplo noſtro *Medocina* legitur & *Solodocina*.

[q] Infra *Gadinio*, tab. Peutinger. *Ardinco*. Eſt autem, ni fallor, Ἀδιηνὸς Colchidis fluvius apud Arrianum, aut potius urbs ad ejus oſtium poſita.

[r] *Athenas* illas memorat Arrian. in Periplo.

[s] Lege *Archabis*, ut infra in Periplo & apud Arrianum.

[a] Cessa, [b] Rision. Item ad aliam partem, id est, verbi gratia ut dicamus, ad mare magnum, item colpum Orientalem, juxta prænominatam patriam Ciliciam, sunt civitates, id est, Anemurion, Arsinoe, [c] Sicæ, Celenderis, [d] colonia Isauria, [e] Garbriando, [f] Capa, [g] Silendero, Neapolis, [h] Papa, Mistia, Antiochia Pisi-

a. *Cissa*, tab. Peuting. Cissos populos habet Ptolem. sed cum inter Trapezuntem & Athenas eis situm assignet, de illis hic agi vix crediderim: nisi aut huc aut apud Ptolemæum dicatur mendum irrepsisse.

b. *Rucion* Periplo nostro. De hoc loco nihil apud ceteros.

c Συχαί, Stephano.

d Urbs nulla his in partibus extitisse memoratur, cui Coloniæ nomen fuerit: adjectivum ergo sit hæc dictio, vel Celenderiti, vel Isauriæ. Verum neutram coloniæ dignitate auctam observamus. Isauræ tamen urbi, Claudiopolis communicatum nomen, docet Ammianus. Cum igitur urbes ad coloniæ privilegia evectas, ut gratum animum testarentur erga imperatores, qui hoc eas affecerant beneficio, priscum nomen dimisisse, aut prænomen admisisse sæpius legamus: Isaura oppidum ideo Claudiopolis vocatum suspicor, quod per Claudium, forsan Gothicum, coloniarum immunitatibus fuerit cohonestatum, id licet alia vetera monumenta non prodant.

e *Capriandas*, locus non multum disparatus à *Samosata*, cernitur in Peut. tab. Utrum cum *Garbriando*, idem sit necne, obscurum satis: quod enim in alterutro sede propria motus fuerit, credere nil vetat.

f Peut. tab. *Taspa*.

g Eadem urbs, ni fallor, quæ *Celenderis* supra.

h Licet Isauriæ Νεάπολις, de qua Suidas in voce Ἰνδακός, non procul hinc steterit; dictum tamen accipiendum existimo de Pisidica, cujus Ptolemæus meminit; eo maxime, quod proxima sit Orondicis Galatiæ populis, apud quos Πάππα & Μίσθιον ex eod. Ptolem.

diæ, [a] Armatazon, [b] Scelinunte, Antiochia [c] Epitragon.

XVIII. Item ad aliam partem sunt civitates, id est Jotapi, [d] Syedra, Coracesion, [e] Cybira, [f] Side, [g] Itenna, [h] Talbinda, [i] Sabrada, [k] Fibras, [l] Afrodisiade, Aspendos, Perge, [m] Antrapa, [n] Cambra, [o] Magydo, [p] Erinudi, Ata-

[a] Hanc apud ceteros frustra requisivi.

[b] Ptolemæo Σελινοῦς, postea dicta Τραϊανόπολις. *Selinunte*, Peut. tab.

[c] Ptolem. Ἀντιόχεια ἐπὶ Κράγῳ.

[d] Συέδρα Straboni. Stephano Σύεδρα item Ptolem. apud quem inter *Fortes* & *Coracesium* situm obtinet.

[e] Plinio *Cibyra*, Κίβυρα Ptolem & Straboni.

[f] Ad Pamphiliam spectat ex Plinio & aliis.

[g] Hinc procul dubio dicti Ἐτεννεῖς οἱ τῆς Πισιδικῆς τὴν ὑπὲρ Σίδης ὀρεινὴν κατοικοῦντες, Polyb. lib. 5. pag. 416. B.

[h] Τάλβενδα, Ptolem. in Pamphilia.

[i] Forte *Sabatra*, Peut. tab. quæ Σαβάτρα Isauriæ urbs est Ptolemæo.

[k] Locus ceteris incognitus.

[l] Complures sunt *Aprodisiades*. Quænam hæc sit, non omnino apertum. Ea tamen videtur esse, quæ Ptolem. in Caria est; aut ea, quæ prope *Cnidum* Stephano & Porphyrogenito.

[m] Ἄντραπα, urbem Cappadociæ Armeniacæ, memorat Porphyrogenit. Ἀνδράπα Paphlagoniæ Ptolem. sed de neutra hic agi certum est.

[n] De *Cambra* silentium ubique.

[o] *Magydis*, Pamphiliæ urbs maritima, apud Ptolemæi interpretes legebatur; Μάπαλος autem in græco textu. Μάγυδος quidem ex codice Palatino apparebat in editione per Bertium procurata: adhuc tamen sub judice lis morabatur, cui tandem feliciter Anonymus noster finem imponit.

[p] Forte *Hermudi*, id est *Ad Mercurium*; talis licet locus, his in partibus, nullus occurrat.

lia, [a] Olivia, [b] Faselis, [c] Coridalion, [d] Limyra, [e] Antiphylon. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [f] Patera [g] Thelmison, [h] Pathumis, [i] Lindum, [k] Pictus, [l] Lorimna, [m] Cnidum, Halicarnasum, [n] Lason, Mindon. Item ad aliam partem sunt civitates, id est

[a] Ὀλβία Stephano & Ptolem. cui vicina fuit Ἀττάλεια.

[b] *Phaselim*, Plinius Pamphyliæ, Lyciæ Ptolem. assignat.

[c] Ptolem. Κορύδαλλος in Lycia. Plinio *Corydalla*, *Coridallo* Peut. tab.

[d] Λάμυρα Stephano, Ptolemæo Λίμυρα.

[e] *Antiphellos* Plinio & Ptolemæo.

[f] *Patara* Lyciæ. Idem legendi modus recurrit inferius in Periplo.

[g] *Telmessus Lyciam finit*, ex Plinio lib. 5. sect. 28. Τελμισσὸς Ptolem.

[h] Infra *Pathehumis*. Apud ceteros desideratur, nisi sit *Patamo* Peut. tab.

[i] Non de *Lindo* Rhodi oppido dictum existimes, licet in ea parte insulæ sit, quæ Doridi opposita est & proxima. Urbem potius intellige ad Calbim fluvium positam. Qui enim Κάλβις Straboni & Ptolemæo, idem *Indus* dicitur Plinio lib. 5. sect. 29 & Livio lib. 38. *Lindus* vero vocatur à Q. Calabro 8.

[k] Πύςος Ptolemæo urbs est ad *Calbis* lævam, Φύσκα vero (quæ Strboni & Diodoro lib. 14. Φύσκος vocatur) trans Calbim in Doride. Hic si consulueris nomen, de *Pysto*: si situm, de *Phusca* actum suspicaberis.

[l] Λώρυμα Ptolem. Stephano & Appiano; Plinio autem *Loryma* locus est diversus à *Larymna* oppido, quod hic occurrere verisimile est, ut nihil amplius dicam: in Peut. tab. enim *Lorimna* etiam legitur.

[m] Plinio *Gnidos*, Ptolem. Straboni, &c. Κνίδος.

[n] Ιασσος Polyb. & Ptolemæo. Nec quemquam, ne huic subscribat sententiæ, prohibeat situs; inter *Halicarnassum* enim & *Myndum* in Periplo nostro statuitur. Hodie *Askemkalesi*, Sponio teste.

[a] Mileton Cariæ, [b] Thrivus, [c] Niſſa, [d] Agrilla. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt, Antiochia Piſidiæ, Neapolis, Papa, Heraclea, [e] Silleo, [f] Cretopolis, Apollonia, Cormaſa, [g] Tagina, Apamea Cyboton, [h] Taxon, Latrileon, [i] Filaction, Themiſſinion, [k] Vicum, Pella, [l] Tripolis, Hierapolis, [m] Caurara, [n] Laoditia Perillicon, [o] Siledron,

[a] Nunc vocatur *Palatſchia*, teſte eodem Sponio.

[b] Mihi non occurrit alicubi.

[c] Νύσσα Cariæ urbs eſt Ptolemæo.

[d] Peutinger. tab. *Agrillo* XXIV. milliaribus à Nicæa diſtans.

[e] Σίλουον Ptolemæo, Peut. tab. Syllio, XI. milliar. ab *Aſpendo*.

[f] Ptolem. Κρητόπολις, Palatino ſaltem codici à Bertio laudato. Κρητῶν πόλις Diodoro & Polybio. Urbs fuit Pamphiliæ.

[g] *Cormaſam* memorant Livius & Ptolemæus, *Taginam* nemo.

[h] Fruſtra apud ceteros *Taxon* & *Latrileon* quæſivi.

[i] Ptolemæo in Phrygia ſunt Πυλακαῖοι & Θεμισώνιοι.

[k] Peutinger. tab. ab *Apamea Ciboton* XIV. milliaria numerat *Ad Vicum*; hinc vero 12. ad Pellam.

[l] Ex Peuting tab. *Tripolis* hæc XXXIV. milliari à *Philadelphia* ſtabat, XII. ab *Hierapoli*: ac proinde eadem eſt, quæ ad Cayſtrum ſtatuitur à Ptolemæo.

[m] *Carura* Peuting. tabul. Straboni lib. 12. pag. 578. Κάρουρα ὅριον ἐπὶ τῆς Φρυγίας καὶ τῆς Καρίας. Idem repetitur lib. 14. pagina 665.

[n] Peutinger. tab. *Laudicium. Pylicum.* Neutrum accurate. Rectius erit *Laodicea* περὶ Λύκον; ſive, ut habet Strabo lib. 12. p. 578. πρὸς τῷ Λύκῳ, *ad Lycum* fluvium. Nunc, teſte Sponio, *Eskihiſſar*.

[o] *Siledron* & *Garandro* incognitis hactenus accenſe.

Garandro, [a] Eufrovium. Item juxta mare magnum sunt civitates, id est, Heraclea, [b] Pirras, [c] Lincie, [d] Palene, Micale, Efesos, Caystro, Colophon, Lebedon, [e] Teon, Smyrna, [f] Temum, [g] Cyme, Myrina, Elea, [h] Pitina, [i] Attalia, [k] Elatia, Coriphania, [l] Adrimiton, [m] Samiton, Antandros, [n] Gangaron, [o] Assos, [p] Smynthio, Alexandria Troas, Ilion, Dardanus, Abydos, Lam-

[a] Lege *Euphorvium* aut *Vforbio* cum Peutinger. tab quæ inter hunc locum & *Synnadam* milliaria numerat XXXVII. deinde ab *Vforbio Apameam Ciboton* XXXVI. Hujus urbis incolæ, *Euphorbeni* vocantur à Plinio, lib 5. sect 29. ubi inter *Dionysopolitas* & *Acmonenses* recensentur.

[b] Hæc Cariæ *Pyrrha* est, de qua Plin. & Ptolem.

[c] In periplo nostro scribitur *Lince*, ut & in tab. peutinger.

[d] Palene mihi non occurrit, nisi sit Πεδιών Ptolem. Micale vero mons est ut in consequentibus observabimus.

[e] Τέως licet *Epheso* & *Smyrna* minus celebris sit, non incognitus tamen Ptol. & Herodoto.

[f] *Themnum* Peuting. tab. in periplo autem nostro scribitur *Tenum*.

[g] *Cyma* Livio, *Cumæ* ceteris, saltem ut plurimum.

[h] Πιτιών Troadis urbs Ptolem. Straboni & aliis.

[i] Æolidi Plinius, Lydiæ Stephanus hanc assignat.

[k] *Elatiam* & *Coriphanium* sola mihi ostendit tab. Peut.

[l] Ἀτραμύττιον Ptol. *Adramytteos* Plin.

[m] Locus hic nullibi, nequidem in periplo nostro, à me inventus est Forte legere oportet *Sanutum*.

[n] *Gargara* tab. Peutinger. Ιχάγαιον Phrygiæ promontorium est Ptolem.

[o] Ptolemæo Troadis promontorium, urbs vero Straboni.

[p] *Smynio* habet codex noster, *Smynthio* vero restitui tab. Peuting. & Stephani secutus auctoritatem.

psacos, Parion, [a] Priapos, Cyzicos, Apamea, [b] Prusias, Nicæa. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [c] Atravion, [d] Agrilion, [e] Platana, [f] Cyos, [g] Pomenion, Agressin, Acordis, [h] Adrianuthera, [i] Militropolis, [k] Apollonia, [l] Apa-

[a] Urbis hujus solus, ni fallor, cum tab. Peutinger. & cum nostro Anonymo, Strabo meminit.

[b] Hæc πρὸς θάλασσαν, & πρὸς τῷ Ὑπίῳ dicebatur.

[c] Tab. Peuting. *Tateabio*; quodnam præstantius sit, nemo significat.

[d] Ἀγρίλιον Ptolem.

[e] *Plataneus* fluvius apud Plinium ad Bithyniam videtur pertinere. De *Platanensi* Episcopo Galatiæ mentio est in Concilio Nicæno. Λαπτωνεία Ptolemæo urbs est in confinio Bithyniæ versus Galatiam, legendumque forsan Πλαταωνεία.

[f] Lege *Cios* cum Plinio, Dionysio, &c. Peut. *Cio*.

[g] Peutinger. tab. *Phemenium* & *Argesis*. Pro hoc vel pro illo legendi modo, qui stet neminem reperi, sed neque qui *Acordim* noscat.

[h] *Oppidum Adrianotheras, quod illic feliciter esset venatus* (Adrianus) *constituit.* Ælius Spartianus in Adriano.

[i] Peuting. tab. *Mileopolis*. Non est Μητρόπολις Phrygiæ, de qua Stephanus, Ptolem. &c. licet Europeæ Sarmatiæ oppidum, quod à Ptolem. Μητρόπολις dicitur, Miletropolis, eodem fere modo, vocetur à Plinio: situs namque hoc minime patitur. Sit potius Μιλητούπολις urbs Cyzici vicina, cujus mentio apud Strabonem lib. 14. pag. 575. & 681. & apud Stephanum. Μιλητοπολιτῶν nummum, sub Marco Aurelio cusum, memorant Harduinus in *nummis antiquis populorum* &c. & Luc. Holstenius in *notis & castigationibus ad Stephanum*.

[k] *Apollonia* hæc xx. mill. disparatur à *Mileopoli* in Peuting. tab. πρὸς Ῥυνδάκῳ appellatur in nummis, & apud Ptolem. &c.

[l] *Apamea* hæc, & quæ sequitur *Prusia*, aliæ videntur à superioribus. Et de *Prusia* quidem ambiguum nihil: est enim *Prusia ad Olympum*. *Apamea* vero duplex non occurrit his in regionibus. Cæsarea autem ea est, quæ, Ptolem. teste, Σμυρδιάνεια etiam dicebatur.

mea, Cæſarea, Pruſia,[a] Paracolia,[b] Conate, Eucarpia,[c] Doceana, Synnada, Eumenia,[d] Pela,[e] Bicum.

XIX. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt Synada,[f] Philomelon, Laoditia Catecaumeni, Amorion, Ambroſtola,[g] Andron,[h] Binzea,[i] Apriſtia, Olenus, Doryleon,[k] Sagarion,

[a] Hujus loci meminit nemo. Νακολείας Ptolem & Strabonis eſſe vix crediderim, Νακολία licet à Stephano ſcribatur & ſequenti loco proxima extiterit: *Nacolea* enim eſt, de qua paulo inferius.

[b] Κόννα Phrygiæ majoris urbs Ptolem. ſi bene auguror. *Conni* Peut. tab.

[c] *Doceana* non reperitur apud ceteros. Verum Docimæum, ex Peut. tab. Ptolem Steph &c. non procul à Synnada fuit xxxII ſcilicet milliari. ex peuting tab.

[d] Πέλται ptolemæo, Stephano, Straboni, &c. *Pela* peuting. tab. ut in ſuperioribus obſervavimus.

[e] In Peut. tab. *Ad Vicum*, ſtatuitur xII. mill. à præcedenti, xIV. ab *Apamea Cyboton*.

[f] Φιλομήλιον ptolemæo, Stephano & Strab. *Philomelo* peut. tab. xxvIII. mill. à *Laodicea*, quæ ptolem. & Straboni Κατακεκαυμένη dicitur. Hinc *Amurio*, quod ptolem Αμόριον eſt, xx. milliar. iter eſt; ab Amurio *Abroſtolam* xI. ex ead. peut. tab.

[g] Ανδρος ptolem. codex palatinus tamen habet Αναρος, *Anaru* interpretes.

[h] Οὐινζέλα ptolemæo, aut potius Οὐινδία.

[i] Ubique deſideratur *Apriſtia*.

[k] In Peuting. tab. *Sagar* fluvius à *Sagario* diſtinguitur, & *Sagar* pontum Euxinum videtur ſubire inter fluvios, qui dicuntur Ρήβας & Αρτώνης. Id tamen ſuſpectum mihi eſt. Quicquid ſit, *Sagarion* oppidum nemo memorat, nec pleraque alia oppida ejuſmodi fluminibus cognominia, quæ & occurrerunt jam, & deinceps occurrent.

[a] Pessinus, [b] Dlanida, Alyda, Acmonia, Tyatira, Pergamos, [c] Centonia, Aulatatopolis, Apollonia. Item [d] Aglasiæ, [e] Ateus, Nacolea, [f] Colleon, [g] Sigoron, Orathei, [h] Aibasta, [i] Tautus, [k] To-

a Πισινοῦς Juliano Imperatori, in epistolis. Pisinus in Tolistobogis est, Plinio lib 5. sect. 42. Πεσσινοῦς Ptol. & Herodiano.

[b] Peuting. tab. *Clanudda*, ceteris incognita, A *Philadelphia* distat mill. xxxv. ab *Aludda* autem, quæ Ἀλυδδα Ptolem. Ἀλλυδα Tzetæ dicitur, mill. xxx. ex altera parte, nam quasi media est inter *Philadelphiam* & *Aluddam* *Clanudda*. Porro *Aludda* xxv. mill. posita est ab *Acmonia*, eadem Peuting. tab. auctore.

[c] *Centoniam* & *Aulatatopolim* ceteri omnino nesciunt. Earum situs non difficile statuetur; quæ enim sequitur *Apollonia*, *ad Rhyndacum* est haud dubie.

[d] Frustra quæsieris *Aglasiam* apud alios scriptores.

[e] Ἀτεύς castrum est Cedreno & Curopalati, de cujus situ id tantum potest observari, à Thracia nimirum non plurimum abfuisse.

[f] Peut. tab. *Cocleo*, xxxv. milliar. ab *Acmonia*, à Doryleo xxx. Hinc mihi suspicio locum hunc esse *Cocylium* Æolidis seu Mysiæ, quod Plinii ævo interciderat, ut habetur ejusdem Plin. lib. 5. sect. 32. Apud Xenophontem lib. 3. Ἰλιεῖς, deinde Κοκυλῖται recensentur.

[g] Σιγόρων mons est in Mesopotamia Sozomeno, non procul à Nisibi: Ὀρχθα autem Stephano πόλις τῆς ἐν Τίγρητι Μεσολώνης. Incommodum quidem ad has regiones confugere. Verum his excursibus Anonymus noster aliquando non fatigatur.

[h] Ex hactenus incognitis est. Eam requirendam existimo versus Cappadociam. Hanc suspicionem sequens dictio movet.

[i] Forte *Taurus*, mons scilicet ipse aut certe statio, seu mansio in monte *Tauro*.

[k] Peuting. tab. Tonea, VIII. milliar. à *Tavio*. Ptolem. Σεωνία, aut ut in codicibus nonnullis, Ἐπωνία; urbs Ponti Galatici fuit.

nia, [a] Pigilia, [b] Miziaco, [c] Juliupulis, [d] Dadaſtada, Dablis, [e] Bacchaton, [f] Trigomidia, [g] Midio, [h] Antoniapolis, [i] Potomi Cepora, [k] Mandris, [l] Claudipolis,

a Peuting. tab. *Pegella* xx. milliar. diſparata à *Conguſſo*; quæ urbs eſt Ptolem. Κοσγοῦ-γος in Galatia. *Phygela* Plinio & Melæ urbs eſt Ioniæ, à Stephano, Strabone, Suida, &c. Πύγελα nuncupata. De hac actum jam ſuperius.

b Peut. tab. *Mizago*.

c Plinio lib. 5. ſect. 40. *Gordiu Come, quæ Juliopolis vocatur*. Γορδίου κώμη Ptol. In Peutinger. tab. *Juliopolis* diſtat à *Finibus Ciliciæ* XXII. mill. à *Dadaſtana* XXVIII. XXVI. tantum numerantur apud Antoninum.

d Ptolem. Δαδάςανα Bythiniæ urbs. *Bithyniam diſtinguit & Galatas* ex Ammiani lib. 26. *Dadaſtan* manſio eſt in Itiner. Hieroſolymitano.

e Locum hunc cum incognitis numerandum cenſeo. Non enim veriſimile fuerit verſus Perſidem properare, ubi Ammiano *Varatum munimentum*, aut ad Arabiam Philadelphicam, in qua pagus Βάκχαθοι Epiphanio, Damaſceno Βάχατοι.

f Ptolemæo Τετραγωμία in Phrygia majori.

g Μιδάειον Ptolemæo, Plinio Midaïon.

h Antoniapolis Peut. tab. Antoniopolitarum populorum ad Mæandrum in Lydia meminit Plinius lib. 5. ſect. 30.

i Conjuncta illa nomina ſunt in codice noſtro. Diviſionem feci nixus auctoritate Peuting. tab. quæ ſcribit *Potamia Cepora*. Locus eſt XV. milliar. ab *Antoniopoli*. Ποταμία, apud Strabonem lib. 12. videtur eſſe regio Paphlagoniæ proxima. Nec hinc procul fuit locus hic *Potami Cepora* dictus. Ex Peuting. enim tab. *Antoniopolim* inter & *Anadynatam*, XXVIII. milliar. dumtaxat computantur; hinc vero *Gangaris*, ſeu potius *Gangras* XXXVI.

k Peut. tab. *Manoris*. Sincerior noſter videtur: Μανδρος enim Epiſcopus ſubſcribit Synodicæ Gennadii Patriar. CP. to. 1. juris Græco Rom. p. 189. ut ex Holſtenii in Ortelium annot. didici.

l Βιθυνίου etiam vocatur à Ptolem.

[a] Druſo, [b] Perſipeo, [c] Dimitreo, [d] Plateas, Nicomediæ, Libiſſa, Chalcedon. Per quas diverſas patrias tranſeunt plurima flumina, quæ dicuntur, id eſt, [e] Miranius, Tinnes, [f] Pyramus, [g] Cithios, [h] Cygnos, [i] Thermodon, Halis, Iris, Amiſſus, [k] Vilius, Lycus, Artemon, Illeron, Mille, Agetion, [l] Polomonion, [m] Cariuntis, Scaphie, [n] Puritis, Suſciro, Davero. Supra Bithynia Nicomedienſe,

a Δρῦσον habet Ptolem. in Phrygia, à *Claudiopoli* non modico intervallo ſeparatum. Peuting. tab. hic ſcribit *Duſipro*.

[b] *Perſiper* nullus meminit

[c] Peuting. tab. milliaria XIII. numerat à *Duſepro Demetriu*: hinc XVIII. Lateas; poſtea XXIV. *Nicomediam*; deinde XXIII. *Liviſſam*; XXXVII. denique *Calcedoniam*.

[d] *Lateas* Peut. tab.

e De *Miranio*, ſeu *Miramo*, (incertum quippe eſt utrum legi debeat) nihil obſervo apud ceteros: ſed neque de eo qui ſequitur, Tinnes nimirum.

[f] Ciliciæ amnis Plinio, Melæ, Stephano, &c. memoratus.

[g] Hic quoque incognitus erit, ſi alius ſit ab eo, de quo hæc apud Phavorinum Κύτιοι γένος Μυσῶν, ἀπὸ τῶ παρα-ιόντες ποταμοῦ Κύτεος.

[h] Κύδνος Ptolemæo.

[i] *Thermodon*, *Halys* & *Iris* Cappadociæ amnes ſunt notiſſimi; *Amiſus* Galatiæ.

[k] Plinio *Billis*. Stephano Βίλαιος, non procul à Tio oppido in Pontum Euxinum ſe ſe exonerans Marciano Heracl. Βίλλαιος .... ὁρίζει Βιθυνίαν

[l] Πολεμώνιον oppidum memorat Ptolem. fluvium nemo.

[m] *Chariens* eſt Colchidis, de quo jam ſuperius.

[n] Plinio lib. 5. ſect. 30. *Phyrite*. MSS. codices aliquot legunt *Pyrrhites*, ut obſervat R. P Harduinus. De reliquis, Lyco excepto, ne veſtigium quidem.

mox dividitur Asia & Europa.

XX. Completur autem Asia, habens finem ab Oriente prædictum eremum Indiæ Dimiricæ intransmeabilem, & trans ipsum eremum Deo nostro tantummodo cognitum. Ad partem verò meridianam, habet ipsa Asia finem Oceanum, qui tangit tertiam Indiam majorem Thermanticam Elamitem; qui Oceanus tangit Persas, Arabas, Ægyptum inferiorem. Ad partem verò Septentrionalem, habens ipsa Asia finem Oceanum [a] Syricum, id est Bactriæ, Caspium, & Congrae & Reitæ juxta litus Oceani, montes Rinpheos: à quibus montibus egreditur fluvius, qui dicitur Tanais, cujus pars plurima descendit in sinu paludis Mæotides: & proinde omnimodo recte dicunt, quod ipsæ paludes Meotides Asiæ fines existant, & quia ipse Tanais inter Asiam & Europam dividat. Alii vero ex ipsis, juxta Oceanum, ut dictum est, montes Rimpheos, de quibus præfatus Tanaïs egreditur, dicunt inter Asiam & Europam dividere. Nam juxta mare magnum, id est colfum Ponticum, fluvius qui dicitur Phasis, qui de Caucasis montibus inter Asiam & Europam

a Lege *Sericum* cum Orosio lib. 1. cap. 2.

dividere incongrue fallunt dicentes; quia, ut aiunt, ipsi Caucasi montes secum Caspios amplectentes, magnumque flexum per longum intervallum dantes, se cum præfatis montibus Rimpheis adunant. Sed, ut diximus, hoc omnimodo fallunt dicentes. Nec non ad ipsam partem, præfatum mare Ponticum, quousque in eo ingrediuntur paludes Mæotidas.

XXI. Item [a] angustum, quod extenditur in Propontida, verum etiam mare magnum, id est colfum orientalem, simulque littoralia maris magni Ægypti. Ab occasu autem habet ipsa Asia finem, juxta limbum Oceani, superius nominatam Æthiopiam Trogloditorum, magis Ægyptum inferiorem. In fronte verò de Æthiopia, habet grandem eremum, qui dicitur Nitrensis, & dehinc prædictam Ægyptum spatiosissimam, quæ se dilatando, usque ad mare magnum extenditur. Portio verò Cham filii Noë, quæ conscribitur à civitate, quæ dicitur Rinocoruros, quæ est inter Palæstinam Judeæ & Ægyptum, ut testatur

[a] Hac voce Thracium Bosphorum intellige, seu στόμα Græcorum. Vide Constantinopolit. Christ. lib. 4. sect. 10. num. 1.

ſanctus [a] Epiphanius Cypri Archiepiſcopus. Alii verò omnimodo affirmant, quod ambo Ægyptus, id eſt inferior & ſuperior, hoc eſt [b] Anocura & Mareoton, eſt Aſiæ. Per quam portionem Cham, nonnulli Philoſophi Africam appellaverunt, ſiſtunt patriæ, teneat nam nullatenus ex Africa.

[a] Libro 2. adverſus hæreſes tomo 2. hæreſi 46. vel 66. §. 83.

[b] Antiqua eſt Ægypti diviſio in inferiorem & ſuperiorem, ſed nova omnino vox *Anocura* pro Ægypto: vox tamen græca vid tur eſſe Ἄνω χώρα ſuperiorem regionem ſignificans. Neque etiam ex Mareotide inferior aut ſuperior ſolet denominationem recipere. In codice noſtro legitur ſic locus ille *à Nocura & Mare Onon & Aſia*; quam lectionem mutavi, quia omnino vitioſa eſt, & tamen de hoc monendum lectorem duxi,

LIBER TERTIUS.

AFRICA.

I. AD partem meridianam, juxta oceanum, est patria spatiosissima Æthiopum, quæ dicitur [a] Auxumitana, & Candacissis, & Troglodytarum. Quam patriam plures descripserunt philosophi; sed ego secundum suprascriptum Castorium eam exposui. In qua patria aliquantas fuisse civitates legimus, ex quibus ex parte nominare volumus, id est Auximis, præ una [b] Christia philosophis, [c] Marthann, [d] Maraca, [e] Adulim. Per eam patriam plurima transeunt flu-

[a] Regiam Æthiopum urbem Αὔξουμιν vocat Ptol. Αξωμίτην Arrian. in Peripl. maris Rubri, Αξουμίτην Stephanus. Hinc *Æthiopia Auxumitana* Anonymi nostri.

[b] Ita codex, sed non absque mendo.

[c] Hæc forte *Mathan* est, quæ ad terram *Kanem* pertinere scribitur in geographia Nubiensi, parte 3. clim. 1.

[d] *Marcata* & *Naghiaga* Æthiopiæ celebriores urbes vocantur in geographia Nubiensi, parte 4. & 5. climatis 1.

[e] *Aduliton* vocatur à Plinio, Αδουλις à Stephano, Αδουλη à Ptolem. Nunc *Erroca* ut plures loquuntur.

mina, id eſt [a] Agon, [b] Arſis, & [c] Cremetis, & [d] Nuchul, qui ad frontem ejuſdem Æthiopiæ Troglodytarum [ubi] eſt maxima eremus, quæ dicitur Nitrenſis, & Eger appellatur, Nilum vocitant.

II. Nam ad partem Oceani meridiani Æthiopici, uſque ad mare noſtrum magnum Ægypti, eſt patria, id eſt, ſpatioſiſſima Ægyptus inferior & ſuperior, quæ nominatur Adnocura & Mareotin. Cujus Ægypti patriæ deſcriptores multi fuerunt philoſophi, ex quibus legi Cynchrin & Blantaſin, genere Ægyptios, meridianæ partis deſcriptores; ſed & Lolianum Romanorum coſmographum; ſed non æqualiter nominaverunt civitates prædictæ Ægypti, ſed & [hic] aliter, alius verò alio modo. Ego autem ſecundum præfatum Lollianum, inferius dictas civitates Ægypti nominavi. In quibus diverſis patriis Ægypti, plurimas

[a] Αγωνος, Heſychio.

[b] Ignotus *Arſis*.

[c] Χερμέτες, Libyæ fluvius maximus vocatur ab Ariſtot. in Meteoris, Heſychio etiam notus fuit.

[d] *Nuchul* Pomponio fons eſt Nili fluminis. Verbum autem hoc, corrupte ſic ab incolis proferri ſuſpicatur, cum Nilus dici debeat, lib. 3. cap. 10. Idem Oroſius ſentire videtur cum Nilum prope fontem à Barbaris *Dara*, *Nuchul* vero à ceteris accolis nominari ſignificat. Hanc autem opinionem ab Anonymo noſtro admitti, inter amanuenſium depravationes, poteris obſervare.

fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est Alexandria famosissima, [a] Eraclia, [b] Melcatim, [c] Hermupolis, [d] Arsinoe, [e] Naucratis, [f] Hermunthis, [g] Corunibo, [h] Bucolia, [i] Phyte, [k] Ormos, Pithin, Chale, [l] Netropolis, [m] Miche, [n] Ibion, [o] Cecta,

[a] Μετὰ δὲ τὴν Κάνωβον ἐστὶ τὸ Ἡράκλειον Strabo lib. 17. pag. 801. Ἡρακλεώπολις Stephano, quam statuit κατὰ τὸ Κανωβικὸν στόμα.

[b] *Melcatim* silent omnes, una excepta tabula Peutingeriana.

[c] Si idem locus sit, qui in Peuting. tab. memoratur, ille ipse est de quo hæc apud Strab. lib. 17. pag. 802. Περὶ δὲ τὴν Βοῦτον, καὶ Ἑρμόπολις ἐν νήσῳ κειμένη.

[d] Κροκοδείλων πόλις ἐκαλεῖτο πρότερον, ut auctor est Strabo, loco citato pagina 811.

[e] Straboni Ναύκρατις Item Ptol. Stephano, &c. *Naucrati* Peut. tab. XXXII. mill. à Melcati. Ναυκράτεια Notitiæ episcopatuum Græcorum.

[f] Ptolemæo Ἑρμωνθίς, Ἑρμωνθις Stephano, Ἑρμώνθης Notitiæ episcopatuum Græcor. Hinc *Hermontitis* nomus Plinio & aliis.

[g] Locus ceteris incognitus.

[h] Huic loco, prope Heracleoticum Nili ostium, situm assignat Heliodorus lib. 1 histor. Æthiop. Ἡρακλεοβουκόλοι vocatur à Stephano. Verum ab Hermonthite nomo, hic plurimum videtur distare.

[i] An Φίλαι? Ptolem. locus ad Nilum, supra Hermonthitem nomum.

[k] *Ormos* & *Pithin* ne quæsieris apud ceteros.

[l] Num *Chale Metropolis*. Chale tamen ab omnibus prætermittitur.

[m] *Trogloditice*, ut testis Plinius est, olim *Michoe* dicebatur. Num ergo huic loco inde nomen exortum?

[n] *Ibium* Antonino. Duplex videtur fuisse, Notitiæ enim episcopatuum, ad calcem Codini editæ Ἄνω Ἴβεως meminerunt in provincia Thebaïdis secundæ. *Evion* infra, alterum forsan est.

[o] Urbs incognita.

[a] Pholateris, [b] Marolon, Lugeton, Pasitas, Evion, [c] Nicum, [d] Colomos, [e] Antigonis, [f] Nasta, Pessimines, Cocratum, Penuris, Tetrion, [g] Letipolis, [h] Meon, [i] Epoetun, [k] Circora, [l] Abasis, [m] Isseum, [n] Pyramidas, [o] Anurion, [p] Cynopolis, [q] Nesi, Idiopartum, [r] Thetmelim, [s] Nem-

a De hoc loco Stephanus ni fallor; Φιλωτέρα πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Σατύρου κτίσμα. Ἀπολλόδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ.

b *Marolon*, *Lugeton*, *Pasitas* & *Evion*, nisi sit Ibion, à ceteris non memorantur.

c Ptolem. Μητρόπολις Νικίου: Νικίου κώμη Stephano: *Niciu*. seu *Nicium* Antonino & Peut. tab.

d Alibi non reperitur.

e Ejusdem nominis urbes in aliis regionibus fuere, nulla in Ægypto, veterum saltem testimonio cognita.

f Incognitis accensenda *Nasta*, cum his quæ sequuntur *Pessimines* nimirum, *Cocratum*, *Penuris* & *Tetrion*.

g Num Λάτων πόλις Ptolemæi & Strabonis? In Notitia episcopat. Λατὼ in Thebaïca secunda occurrit. *Lato* in Peuting. tab.

h De hoc loco altum ubique silentium est.

i Aut *Epoetim*: ambiguum enim ex codice, cui nemo suppetias fert.

k A ceteris tacetur.

l *Oasim* esse suspicor: Αὔασις enim à Stephano vocatur. In codice autem nostro elementorum *b* & *v* reciprocæ mutationes frequenter occurrunt.

m Stephano Ἰσεῖον, ἀπὸ Ἴσιδος. *Isium* Antonino. Peut. tab. *Isium*.

n Cave urbem intelligas. Sunt enim priscorum Ægypti regum celeberrima, tum apud veteres, tum apud recentiores, monumenta.

o Forte *Anution*: Ἀνύτιος enim Ægypti nomus fuit, de quo Herodotus in *Euterpe*.

p Κυνῶν πόλις Stephano, Ptolemæo & Straboni.

q De *Nesi* & *Idioparto* nil me ultra interroges.

r Hujus ne vestigium quidem extat.

s Forte *Memphis*.

phis, [a] Marnucis, [b] Oxyrincos, [c] Dios, [d] Ptolomagis, Nasciri, Lirinconeo, Tauriros, Thangin, Corim, [e] Antinoym. Item ad aliam partem sunt civitates, id est Firnon, Pecotono, Challis, Thedis, [f] Metelis, [g] Heracleum, [h] Ernopes, Naucratim, [i] Ysotenis, [k] Corcodilon, [l] Chollenon, [m] Pelta, [n] Siguionis, [o] Che, Ramnitis, [p] Cuvis, [q] Telis, Nicolan,

[a] Locus hactenus incognitus.

[b] Hæc illa est monachorum, ut ita dicam, civitas, Christianorum scriptorum encomiis celebrata.

[c] Id est *Jovis civitas*, ut apud Ptolem. interpretes, & apud Plinium.

[d] Hæc videtur esse Ptolem. Ἑρμίου Πτολεμαΐς, in *Arsinoite* nomo.

[e] Quæ inter *Ptolemaïda* & *Antinoüm* hic recensentur, incognitæ omnes sunt. Item quæ sequuntur usque ad *Metelim*.

[f] *Metilis* Pomponio, Μέτηλις Ptolemæo & Steph.... Ἡ νῦν Βῆχις λέγεται, ait idem Stephanus.

[g] Hinc dictum, *Heracleoticum ostium*.

[h] Suspecta mihi vox.

[i] A ceteris prætermittitur.

[k] Stephano Κροκοδίλων πόλις, ἐν τῇ Μοιρίδι τῇ λίμνῃ. Diversa est ab illa, quam in Thebaide Ptolem. statuit, utriusque videtur Strabo meminisse, sed hanc *Arsinoen* etiam appellat, Anonymus vero noster duas urbes fuisse significat.

[l] Urbs hactenus inaudita.

[m] *Petam* urbem Plinius memorat, sed supra *Syenem*; ideoque de illa hic agi minime crediderim.

[n] An Σίγυνος πόλις Αἰγυπτίων Stephano?

[o] Forte *Cheramnitis*.

[p] Cum nunc, circa Nili ostia, Anonymus noster videatur hærere; ad *Sinum Avaliten*, ubi Κοβὴ emporium Ptolem. minime properandum.

[q] *Telis*, *Nocolan* & *Pozeon* apud ceteros desiderantur.

Pozeon, [a] Pencestim, [b] Ponega, Falorum, Chiorenda, Namphota, [c] Buto, [d] Thanis, [e] Theuse, [f] Fovi, Nassal, Psinarni, [g] Bacrenis, [h] Penthon, Psosi, [i] Abubis, Honires, Semutis, Stanae, [k] Istopolis, Semar, Sedenito, Dolis, Lenum, Pateris, Ponzia, Adranes, Spanacha, Theompolis, Pilemus, [l] Xoy, [m] Tele, [n] Chenopolis, [o] Menonia, [p] Ce-

[a] Πινέπτιμ ψευδόστομα Nili, de quo Ptolem. non procul hinc fuit.

[b] *Ponega, Falorum, Chiorenda* & *Namphota* aliquando forsitan, aut ex nummis, aut ex deperditis hactenus scriptorum libris clarius innotescent.

[c] Βῦτος Stephano. Phthenotis nomi metropolis fuit ex Ptolem.

[d] Ταΐς Ptolemæo, Stephano & nonnullis etiam Antonini codicibus.

[e] Idem forte locus qui *Chusis* Antonino XXIV. mill. ab *Hermupoli*; *Cussa* Notitiæ dignitatum Rom. Imp. Χοῦσαι Æliano lib. 10 de Animal. cap. 27. *Thussa* Lil. Gyraldus interpretatur Syntagm, 17. Deorum.

[f] *Fovi*, *Nassal* & *Psinarni* absolute ignorantur.

[g] *Vacreus* forsan Peuting. tab.

[h] *Penthon* & *Psosi* incognitæ sunt.

[i] Si legeretur *Abudis*, esse posset Ἄβυδος Memnonis olim regia, cujus meminere Ptolem. Strabo, Plinius, &c.

[k] *Iscopolis* Peutinger. tab. Quæ præcedunt & quæ sequuntur usque ad Xoim, à nullo alio, scriptore auctoritatem mutuantur.

[l] Ζόης πόλις καὶ νῆσος Stephano. Ζόις Straboni & Ptolem.

[m] Eadem forte, quæ *Telis* supra.

[n] An Καινὴ πόλις? De hac si quidem Ptolem. in Panopolite nomo.

[o] *Memnonia* forte. Μέμνον enim Ptolem. urbs est Ægyptiaca, quam Strabo vocat Μεμνόνιον.

[p] *Cete*, *Theomis*, *Psualis*, *Natepa*, *Tembro*, *Versemeos* & *Precumi* Ægypti urbes incognitæ.

te, Theomis, Hermupolis, Psualis, Natepa, [a] Menfris, Tembro, [b] Anasitotos, Versemeos, Precumi, [c] Itavenis, [d] Tinoy, [e] Canopoli, [f] Selitra, Chara, [g] Nichis, Nastrim, [h] Babylon, [i] Coma, [k] Amarixa, Madoris, Afrodite, [l] Chemen, Tindo, [m] Sartonochido, Collitois, Memphetum [n] Iliupolis, Thale, Opule-

[a] Forte *Memphis*.

[b] *Αναστις* tres sunt Straboni in Ægypto. Κώμη Ανάστης una est ex sedibus episcopal. Thebaïdis 2. in Notit.

[c] A ceteris nullatenus memoratur.

[d] Forsan *Tmoi*, seu potius *Thmui*.

[e] Eadem urbs, ni fallor, quæ supra *Chenopolis* vocatur.

[f] *Selitra*, *Chara* & *Nastrin* ex incognitis hactenus sunt.

[g] *In urbe Nichio pro Heopompto* defuncto, *Theodosium* constitutum episcopum, scribit Theophil. Alexandr. ad finem epist. 3. paschalis.

[h] *Babylonia* Antonino & Peut. tab. Hodie *le Caire*, ut vulgo creditur.

[i] Κώμη apud Sozomenum, vicus est Ægypti. Κώμη sedes episcopalis Ægypti secundæ, in Notitiis Græcorum episcopatuum.

[k] *Amarixa* & *Madoris* incognitarum numerum augent, nisi *Mandris* legi debeat: *Scenas Mandras* enim *Afrodito* proximas indicat Antoninus, nec à *Babylonia* plurimum disparatas.

[l] Num Χέμμις? de qua Herodot. Pomponio *Chemnis* est insula natans.

[m] *Sartonochido*, *Collitois* & *Memphetum*, si aliud sit à *Memphi*, non repeniuntur apud ceteros. *Memphetum* diminutivum videtur, ut & Μεμφιλίτοις sedes episcopalis sub *Oxyrincho* Arcadiæ metropoli, in Notitiis episcopat. Græcorum.

[n] Forte *Heliopolis*, quæ in Notitiis episcopatuum Ηλίου, *Heliu* vocatur apud Antoninum, & XXIV. milliaribus à *Memphi* distabat ex eodem Antonino. Quæ sequuntur usque ad *Eron*, ex ceteris geographis nullatenus cognoscuntur.

gio, Inthenis, Speculon, Magoy, Tanimis, Teriosa, Terrosa, Nesepe, Termosa, Gausio, Archa, [a] Eron, [b] Angiopolis, Chalchonogopolis, Eridopolis, Atrini, Thace, Araronos, Tuge, [c] Psanuace, Lagones, Permum, Mago, Permoli, Anarodos, Phale, [d] Cholchonopolis, [e] Patuse, [f] Thepmos, [g] Bunastas, Ucustaunas, Locria, Arsinoe, quæ ponitur juxta mare Rubrum. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [h] Ohanarta, Pagire, Eristomon, Cercyris, [i] Thenis, Cossion, [k] Phagorion, [l] Apolonium,

[a] Forte *Heroon*: Antonini enim codices MSS. aliquot *Heron* habent. Ἡρώων πόλις Straboni & Ptolemæo.

[b] Num *Angelopolis*? Loco enim, in quo S. Marcus occisus est, *Angelorum* nomen fuit, ut auctor est Dorotheus. *Ad Angelos* vocatur ab alio scriptore.

[c] An Ψεναχὼ χώμη τῦ Αθειβίτυ νόμου? ut loquitur Stephanus. Pro præcedentibus ceteros scriptores frustra fatigabis, etiam & pro his quæ sequuntur usque ad *Patuse*.

[d] Eadem, opinor, quæ *Calchonogopolis* supra.

[e] Num *Phaguse*? de qua infra.

[f] *Thepmos*, *Ucustaunas* & *Locria* ex hominum memoria effugerant.

[g] Βύβαςος Ptolem. & Stephano. Βουβάςις Herodoto, ut auctor est Stephanus. *Subasto* vitiose scribitur in Peut. ting. tab.

[h] Urbes has quatuor quis umquam audivit?

[i] An *Tanis* & *Cassion*?

[k] Φαγρωειόπολις Straboni, Φαγρώειον Stephano.

[l] Urbs alia videtur ab *Apollonos*, de qua supra. Stephanus enim præter *Apolloniam*, duas etiam urbes *Apollonos* dictas in Ægypto memorat. Ptolemæo etiam est Απόλλωνος μεγάλη πόλις, & alia μικρὰ nuncupata.

[a] Runinaſtes, Oluvina, [b] Phaguſe, Eron, Nempheſin, Eraceupolis, Eruce, [c] Androco, [d] Peluſion, Veronoin, Pophois, Honoſios, [e] Seretis, [f] Pannis, [g] Lipidii, Apopiſtepolis, Potam, [h] Bathios, Inmadis, Lactucome, Tatenum, Scios, Neſſon, Neſſome, Parevis, Irregenis, Iris, Gaba, [i] Seat, Magada, Jaris, Iracleum, Senemum, Temnis, Spadois, Tecte, Ozanis, [k] Centitra, Timuli, Frigia, Tarras, [l] Thena, Pollamenis, Phanis, Chyrocamus, Paſſion, Spenemiris. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt Averenidis, Apollonia,

[a] *Runinaſtes* & *Oluvina* nullibi comparent.

[b] Peut. tab. *Phacuſi*, Ptolem. Φακοῦσα, Strab. Φάκκουσα, Φάκουσσα Stephano.

[c] Aut ſit *Androcalis* urbs Æthiopiæ ſub Ægypto, de qua Plin. lib. 7. §. 35. aut non minus incognita, quam tres præcedentes.

[d] Nunc *Damiete*. Sequentes incognitæ ſunt.

[e] Σῆρες Æthiopica gens eſt Heliodoro lib. 9. *Seren* Æthiopica urbs prope *Androcalim* Plin. lib. 6. ſectione 35.

[f] Πανόπολις Ptol. Πανὸς vocatur à Steph. & Strabone.

[g] Oppidum *Panopolitis* nomi, quod Ptolemæus Λεπιδῶτον nominat.

[h] Inter incognitas numeretur cum præcedentibus & ſequentibus, uſque ad *Seat*, niſi ſit *Batha*, de qua Plin. lib. 6.

[i] *Sea* Plinio urbs eſt Æthiopiæ ſub Ægypto *Magora* vicina.

[k] Adeo ſingularis eſt hæc Ægypti deſcriptio, ut cæcutiendo aut divinando mihi ſemper procedendum ſit.

[l] *Thenam* urbem reperies apud Plinium, ſed Æthiopiæ ſub Ægypto eam attribuit. De ceteris ubique altum ſilentium,

[a] Fition, Melcatim, Naucratis, [b] Nuleon, [c] Incopolis, Oraugoron. Item ad aliam partem sunt civitates ex regione Thebaïdæ, id est [d] Corton, [e] Laton, Tentyra, Ombos, Hiera Sicamina. Item ad aliam partem, juxta Alexandriam, latus mare magnum, sunt civitates: id est [f] Tapostri, [g] Halmiris, Monocaminon, [h] Comaron, Patricon, Filiscum, [i] Parætonion, Nesus, Araton, [k] Bograi, [l] Ca-

[a] *Phitom* urbem ædificaverunt filii Israël, ut habetur Exodi 1. 11. Sed quid ad *Fition?*

[b] *Auleu* Peuting. tab. 24. mill. à *Memphis*, aut certe *Niciu* sit.

[c] An *Tyneonpolis* Peut. tab. An vero Prol. Λύχων πόλις?

[d] Lege *Copton* cum Antonino & Ptolem. vel certe sit *Corte* Antonini: prior tamen sententia mihi plus arridet.

[e] Sic legitur in tab. Peut. apud Antoninum, &c. Tres sequentes ubique tibi occurrent.

[f] Ptolem. Ταπόσειρις, Ταπόσειρις Straboni, cui tria sunt hujus nominis oppida in Ægypto. *Tapostri* etiam Peuting. tab. xxv. mill. ab Alexandria.

[g] Ἀλμύραι Ptolem ad *Mareotum* nomum pertinet ut & Μονοκάμινον.

[h] Peut. tab. à *Monocami* mill. notat xv. *Comaru*, inde *Patricon* xv. *Philiscu* xxviii. *Pretonio* xxiv. *Nesus* xxiv. *Aratu* xxvi. *Catabathmo* xxviii. *Nemesca* xxiv. *Cardo* xxxvi. *Antipego* xxvii. *Gonia* iii. Item ab *Antipego Meciris* xxii. *Paliuris* xxxiii. *Mandis* xxxvi. *Agabis* xxxvi.

[i] Vitiose scribitur *Pretonio* in Peuting tab. Est enim Παραιτόνιον Strab. Ptol. &c.

[k] Locus idem videtur qui in nostro Periplo *Rogiatim* scribitur, & sub neutro nomine apparet apud ceteros.

[l] Καταβαθμὸς ad *Libyam* pertinet, ex Stephano; ad *Cyrenaicam* ex Strabone & Pomponio. Duplex recensetur à Ptolem. Μέγας & Μικρός. De quonam agatur hic, non omnino manifestum est.

tabathmon, [a] Nemeſeum, Cardum, [b] Antipego, [c] Gonia, [d] Micheris, [e] Paliuris, [f] Mandis, Agabis; Item ſupra ſunt civitates, id eſt Leugipo, Oſitionis, Neſſum, Ægyptos, Orcias, Tharſautes, Thedecles, Thunuce, Agerea, Thocoris, Boſcanon, [g] Cenon. Quam præfatam Ægypti patriam rigat fluvius, qui dicitur Nilus, qui eſt ſuper diverſa flumina præcipuus, qui & varias ferarum gignit progenies, quæ creatori ſuo in iiſdem nymphibus nutriuntur. Qui Nilus infra ſe habere videtur inſulam, quæ dicitur Meroin. Quem Nilus alii Geon eſſe dixerunt.

[a] Ptolem. Νεμέσιοι in *Libya* nomo.

[b] Αντίπυεγος λιμλυ Ptolem. Sedes epiſcopalis fuit ſub Dranico Libyæ metropoli ex Notitiis epiſcopat. Græc.

[c] Γονᾶται Ptolem. populi ſunt *Mareoti* interiora tenentes. Si eorum urbs hæc fuerit, mendum in ejus ſitu deſignando, vel hic, vel apud Ptolem. fuerit, neceſſe eſt.

[d] Antonini codices habent alii *Micheris*, alii *Meciris*, Periplus noſter *Metiris*.

[e] *Paniuri* Antonino mendoſe: Παλ ιῦρος enim legitur apud Ptolem. & Strabonem.

[f] An Μαραυθὶς χρόμη? cui Αχαβὶς, *Agabis* vicina eſt ex Ptolem. Oppida autem *Comaron*, *Patricon*, *Filiſcum*, ſeu ut ſcribit Peuting. tab. *Philiſcu*, *Neſus*, *Araton* & *Cardum*, ex eadem tab. Peutinger. & noſtro Anonymo dumtaxat nota ſunt.

[g] Ex duodecim urbibus his noviſſimis, vel unam fruſtra apud ſcriptores alios quæſieris, niſi *Cenon* ſit Anton. *Cene* prope *Oxyrinchum*, quæque Καινὴ πόλις Ptolemæo dicitur.

III. Item juxta limbum Oceani ponitur patria, quæ dicitur Æthiopia Garamantium, quæ & [a] Abysse dicitur, quæ confinalis existit prædictæ Æthiopiæ, Troglodytorum. In qua Garamantium patria, non longè ab Oceano, fluvius Ger dilatissimè currit. In qua patria Garamantium sunt montes, qui [b] Nauvavon appellantur. In qua patria sunt lacus, unus qui dicitur Lycumede, alius Augita. Qui Æthiopes rupes montium habitare describuntur, propter immensa ac validissima caumata. Ad frontem autem ejusdem Garamantium patria est arida, deserta, montana, quæ dicitur [c] Marmarydes, [d] Nassamones, [e] Letophagi, atque [f] Blegmies. In qua patria nun-

a *Abyssinorum* nomen non ita recens est, ut vulgo creditur: res patet ex eo loco. Verum qui *Abyssini* nunc vocantur, idem non colunt solum, quod *Garamantes* Ptolemæi.

b De *Naubabonis* montibus & de lacubus *Lycomede* & *Augita*, jam in superioribus actum est, scilicet pag. 6. Hic observandum præterea, apud Plin. lib. 5. sect. 4. de *Lycomede* lacu & de *Augylis* populis mentionem simul occurrere.

c Μαρμαρύδας populos *Cyrenaica* attribuunt Strabo & Pompon. Mela.

d Νασαμῶνες sub *Marmarica* regione, complectitur Ptolemæus.

e Λωτοφάγεις vero non procul ab ostio *Cyniphi* fluminis idem Ptolem. collocat. Sic dicebantur à Loto, quo ad cibum utebantur.

f *Blemyes* seu *Blemmyes* legunt Ptolemæus, Heliodorus, Strabo, Stephanus, Plinius, Procopius lib. 1. de Bello Persico, &c.

quam civitates fuisse legimus.

IV. Item juxta mare magnum ponitur patria, quæ dicitur Mauritania, quæ dicitur Cyrenensis. In qua patria plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est, civitas Cyrenes, quæ confinalis est litoris maris magni cum Agabis civitate Ægypti: Item sunt civitates, id est [a] Balacris, Cænopolis, [b] Callis, Ptolomaïda, Theuchira, [c] Adriani, [d] Bernicide, [e] Corniclano, Anabucis, [f] Aræ Philænorum. Per quam patriam transeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur Leon & Torres [g].

[a] Sic etiam legitur in tab. Peutinger. Ptolemæo tamen videtur esse Φαλάκρα *Pentapoleos* urbs vicina *Cænopoli*.

[b] Num *Galla* urbs? cujus nomen & simulacrum cum plurimis aliis harum partium, in triumpho duxit Cornel. Balbus, ut refert Plin. lib. 5. cap. 5? *Callis* tamen est & in Peuting. tab. Sed *Gallis* in Periplo nostro.

[c] *Adriane* Antonino. Hadrianopolis legitur in Peut tab. & infra in Periplo nostro.

[d] *Berenice* Plinio, Straboni, Ptolemæo, &c. *Bernicide* etiam legitur in Peut. tabula.

[e] *Corniclani* sola meminit Peuting. tab. *Anabucis* vero cum eadem tab. Antonini Itinerarium.

[f] Sic dictus locus à Philenis fratribus qui missi *Carthagine ad dirimendum conditione bellum . . . hic se vivos* pro Repub. *obrui pertulerunt*, ut refert Mela lib. 1. cap. 7.

[g] De *Torre* fluvio nihil me docent auctores. *Leon* vero vocatur *Lethon* à Plinio & Marciano, Λαθων à Ptolem. Λάθων ab Apollonio in Argonauticis.

V. Item juxta Oceanum ponitur patria, quæ dicitur Æthiopia [a] Biblobatis, quæ confinatur cum ſuperius dicta Æthiopia Garamantis. In qua Biblobatis patria eſt lacus, qui dicitur Tagges. Quæ patria, dum multum exiſtit caumoſa, ipſi Mauri cavernas terræ habitant. In qua patria litus Oceani, atque in ſuperioribus, maximus atque ſpatioſus deſertus eſſe deſcribitur. In qua patria ſunt montes, qui dicuntur Tulliatodi. In qua patria non longè ab Oceano, per longum ſupra ſcriptum, fluvius Ger dilatiſſimè currit. Ad frontem autem, juxta Biblobatis patriæ, per medio multa ſpatia, id eſt, deſerta, quæ ſupra nominavimus, juxta mare magnum ponitur patria nimis ſpatioſiſſima, quæ dicitur Africana. Cujus patriæ multæ ſunt, ut deſcriptores philoſophi dicunt, ex quibus ego legi Provinum atque Melitianum genere Afros; ſed & Caſtorium Romanorum philoſophum. Sed ego civitates inferius dictas ſupradictæ Africanæ patriæ, ſecundum Caſtorium deſignavi. In qua Africana patria plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare

[a] *Biboblatis* ſcribitur ſupra pag. 6. ubi etiam de *Tage* lacu & de *Tuliatodis* montibus.

volumus; id est civitas [a] Tragulis, quæ confinalis est litoris maris magni cum supra scriptis civitatibus Arophilonorum Cyronensium. Item [b] Zacassania, [c] Palma, [d] Isyri, Sacomadis, [e] Prætorium, [f] Musol, Disio, [g] Nadalus, Cisternas, [h] Thubactis, [i] Nivergi, [k] Scemadana, Leptismagna, [l] Pontos, Sabrata, [m] Cipsaria,

[a] Ptolemæo Θαγουλὶς, Peuting. tab. *Tagulis* absque aspiratione.

[b] Peuting. tab. *Zagahania*, Ptolemæo Σαχάζαμα.

[c] Tab. Peuting. *Ad palmam*, apud alios quoscumque ignoratur.

[d] *Zure* Tab. Peut In Periplo nostro *Zaures* scribitur.

[e] *Pretorium* hoc in sola Peut. tab memoratur XLI. mill. à *Macomada*.

[f] Sic etiam scribitur infra in Periplo, Peuting. tamen *Musula*. *Muzulensis* Episcopi meminit S Aug. contra Donatist. l b. 6. c. 41. Hîc observandum, quod *Musol* seu *Muzula* ad *Byfacenam* non pertinet.

[g] *Naladus*, in tab. Peut. ponitur inter *Dissionem* & *Cisternas*, in nostro codice post *Nivergim* situm obtinet quem ideo mutavi, ut Peutinger. tab. non solum, sed & Periplo nostro morem geram.

[h] Anton. Itinerarium habet *Thebunte* vel *Tabunte*; nostri codicis lectio convenit cum Peutinger. tab. Si *Thebuntis*, idem sit ac *Thubactis*, male statuitur inter *Cinsternas* & *Macomadam* ab Ortelio in tabula Africæ.

[i] Codex noster hîc scribit *Neveri*, sed cum *Nivergi* propius accedat ad Nivirgitab quod in Peut tab reperies, huic scribendi rationi, quæ Peripli nostri est, adhæsi.

[k] Hæc mihi nullibi occurrit, nisi fuerit *Sunnana* Peuting. tab. quod vix crediderim. In Periplo nostro scribitur *Simadana*. Non procul hinc fuit Συδίδωις Ptolem.

[l] Hic urbes aliquot desiderantur Librariorum, ut puto, oscitantia, nam in Periplo & in Peut. tab. eas reperies. Ex ead. tab. *Pontos* XVI. milliar. distabat à *Sabrata*.

[m] *Ad Cypsaria* Peut. tab.

ſaria, [a] Zita, [b] Githi, Tacapas, [c] Ad Oleaſtrum, Macumades, Thenas, [d] Taparura, Uſyla; [e] Sublecte, Leptis minus, Ruſpinus, Adrymeton, [f] Horea, Neapolis, Clypeis, [g] Sinuama, Carpas, Maxula, Thynus, Carthago civitas magna; Gallo-Gallinacio, [h] Antiqua Colonia, Ad pertuſa, [i] Ceſinſa, [k] Tyraria, Utica. Item ad aliam partem deſuper ſunt civitates, id eſt [l] Marthæ, Afas, [m] Lu-

[a] *Ponte-Zinta munit.* Ant. Ptol. Ζεῖθα ἄκρα. *Zetta* urbis in Africa Cæſar meminit.

[b] Γιχθὶς Ptolem. *Gitti* Anton. *Gigti* Peut. tab.

[c] Locus ex ſola Peut cognitus. Huic cognominis alius fuit prope Tarraconem.

[d] Ταφρῦρα Ptol. *Taparura* Peut. tab.

[e] Peutinger tab. *Sullecti.* Hæc eſt *Sublectina* Byzacenæ urbs epiſcopalis, cui præerat Proficius ejectus in exilium cum aliis, ſub rege Hunerico; ut habet Notitia Africæ. Ejuſdem ſedis Epiſcopi mentio occurrit apud S. Aug. Hinc & ex Peuting. tab. hujus urbis ſitus antea ignotus oſtenditur.

[f] Anton. *Horrea Cælia,* Peut. tab. *Ad Horrea.*

[g] *Siminina* ſcribitur infra in Periplo. De hoc loco aliud nihil poſſum dicere.

[h] Dubitare licet utrum verbum hoc *Antiqua colonia*, urbis ſit proprium nomen, an vero jungendum ſit cum præcedenti *Gallo-Gallinaceo.*

[i] *Cigiſa* Anton. Peut. tab. *Ciciſa.*

[k] Peut. tab. *Thuraria.* Sic etiam infra ſcribitur.

[l] In Peut. tab. x. mill. numerantur à *Tacape Martas*, deinde *Afas Lupeici* xxvi. *Augarmi* xxv.

[m] Incertum videtur utrum *Afas Lucerna* conjunctim legi debeat, an vero *Lucerna* locus ſit diverſus ab *Afas.* Dubitandi ratio prima hæc eſt, quia *Afas Lupeici* unus idemque locus eſt Peut. tab. ſecunda, quia duplex *Afas* fuit, & forſan diſtinctionis cauſa *Lupeici* aut *Lucerna* uni, alteri autem *Veri* cognomen inditum eſt.

cernæ, Agarmi, [a] Auceritim, [b] Ad putea, [c] Lamie, Afas, [d] Verim, [e] Tingimie, [f] Putea, Agasel, Nepte. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [g] Capsalco, [h] Bamethi, [i] Abtan, [k] Tiburbomaius, [l] Olencana, [m] Bithina, [n] Vivæ,

a Peuting. tab. *Ansisre* flumen.

[b] *Putea*, Peut. tab.

[c] *Laminie*, Peut. tab.

[d] *Veri* quidem occurrit in Peut. tab. sed *Afas* non repetitur. Inter sedes episcopales Africæ Proconsularis recensetur *Veri* in Notitia Africæ.

e Est certe Peut. tab. aut *Timehegeri turr s*, aut *Tinhimedo*; sed utrum, ambiguum.

[f] *Puteo* Peut. tab. Prolem. Πύπα locus alius omnino à præcedenti ejusdem nominis. Hic ex eadem tab. XIII. mill. distat à *Agarsel*, & ultra *Agarsel* statuitur ibidem *Aggar Selnepte*.

[g] Lege *Capsa col.* id est *colonia*, cum hoc enim titulo occurrit etiam in Peuting. tab. licet id aliunde minime noscatur. Ex Ptol. duplex fuit Κάψα, Libyæ interiori altera, hæc vero ad Africam propriam pertinuit. In bello quod cum Scipione gessit Cæsar ecisa est cum aliis Κάψα ὃ γαζοφυλάκιον τῷ Ιουγύρθα, inquit Strabo lib. 17. p. 831. *Vndem:alis Capsensis* memoratur in Notitia Africæ inter Byzacenæ episcopos; Fortunatus ejusdem loci episcopus in collat. Carthag §. 125. cognit. I.

[h] A ceteris prætermittitur.

[i] Αὔιτα Ptolem. Peut. tab. *Avitta*, v. mill. à *Tuburbo majori*. *Abitinenses* memorat S. Aug. contra Parmenianum; *Abitinensem* episcopum Concil. Lateranense. 2. & Collatio Carthagin. §. 201. cognit. I.

[k] *Tiburbum minus* fuit etiam sedes episcopalis. Id probatur ex collat. Carthag. cap. 135. Illius loci meminit etiam Victor Vit. lib. 5.

[l] Antonino *Onellaba*, Peut. tab. *Onellana* XV. mill. à *Tuburbo majore*.

[m] Aut certe *Bithma*, locus incognitus.

[n] Peuting. tab. *Biba* XVI. mill. ab *Onellana*. A ceteris prætermittitur.

[a] Bindavicus, [b] Agerthel, [c] Calbenedi, Arbelone, [d] Thirusdron, [e] Gruza, [f] Elie, [g] Terentum, Aquas Regis. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [h] Cabibus, Authus, [i] Themizec, Manzat, Murine, Senana, [k] Cytofori, [l] Thama-

[a] *Vinavicus* Peuting. tab. *Vicus* forte dicitur ad distinctionem loci *Vina civitas* dictus apud Antoninum, quique sedes episcopalis fuit in Proconsulari.

[b] Tab. Peuting. *Aggersel* XXII. mill. à *Biba*. Nescitur à ceteris.

[c] *Calbenedi* & *Aberlone* à ceteris neglectæ fuerunt.

[d] Θούσδρος Ptolem. *Tusdrum* Antonino, *Tusdritanum oppidum* Plinio.

[e] Peut. tab. *Gurra*. Urbs fuit episcopalis in Numidia.

[f] *Ælia* Peut. tab. *Elie* Antonini codicibus MSS. aliquot, *Elices* in editis. *Fuscinulus Eliensis* episcopus memoratur in Collat. Carthag §. 125. cogn. 1.

[g] In Peut. tab. quæ sola illius meminit, statuitur medium inter *Aquas Regias* & *Ælia*; hinc X. milliar. illinc XVI.

[h] *Cabibus* & *Authus* non reperiuntur apud ceteros, nisi *Cabibus* positum fuerit pro *Avibus*, qui locus XVIII. mill. à *Tacape* est in Peuting. tab.

[i] An Ptol. Θεμισούα? si minus, inter incognitas urbes, una cum *Manzat*, *Mur ne* & *Senana*, reponatur.

[k] *Thiforo col* in Peut. tab. exhibetur non procul à *Lepte minori* & à *Sullecti*, sed utrum hæc sit non ausim affirmare.

[l] *Rufinus Tamallumensis* episcopus memoratur in Notitia Africæ, inter episcopos *Mauritaniæ Sitif nsis*: ibidem & apud Victorem Vitensem lib. 5. de persecutione Africana, *Habet Deum episcopus Tamallensis* in Byzacena. Igitur libenter hic *Tamabulem* legi paterer: facilis enim fuit transpositio elementorum *L* & *M*. Porro hic de *Amalluma* Byzacenæ provinciæ & non de Sitifensi agi persuadet *Tacapæ* proximitas quæ ex sequentibus oppidis potest demonstrari.

mulem, [a] Mandatemule, Selesua, [b] Tarsete, [c] Verosuos, Ad duodecimum, Leones. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [d] Thalacte, [e] Monianum, Majores, [f] Bathmetim, [g] Corebam, [h] Aitigilem, [i] Ballis, [k] Uthumas, [l] Unuca, [m] Scicilĭba, [n] Tyris, [o] Chisiduo,

[a] Non occurrit alibi.

[b] *Silesua* in Peuting. tab. disparatur à *Tacape* XXXVII. mill. à *Thasarte* vero, quæ est nostra *Tarsete*, XII. ex altera parte. Hinc *Veresuos* XVIII.

[c] Num *Beġion*? cui præerat QuodvultDeus, qui Concilio Carthagin. 7. subscripsit, & *Verensis* episcopus creditur. Alioquin hujus loci cognitio, ut etiam Silesuæ & Thasartis, seu Tarsetis, Anonymo nostro soli cum Peutinger. tab. debebitur. Sed *Ad ducdecimum* & *Leones* ne quidem dicta tabula memorat.

[d] *Theleote col*, Peut. tab. Hic & illic, ni fallor, *Telepte* debet legi. Quo de loco SS. Cyprianus, & Augustinus, &c. Distabat à *Capsa* XLIV, *Vico Gemellas* medio, ex ead. Peut.

[e] Tab. Peuting. *Alonianum*, quod mihi magis arridet.

[f] Peutinger. *Ad majeres*. Cum ceteris nescit *Bathmetim*.

[g] *Coreva* Antonino, *Choreva* Peut. tab.

[h] Peut. *Ad Atticile*.

[i] *Vallos* Anton. & tabul. Peuting.

[k] Bonifacius *Utummensis* episcopus Collat. Carthag. adfuit ex §. 198. *Utimmensis* legit eruditissimus Baluzius: verum prior legendi modus ex nostro Anonymo confirmatur.

[l] *Inuca* tab. Peut. lectionem tamen nostram confirmat Anton. Tum hæc, tum sequens, episcopalis fuit sedes in Africa Proconsulari.

[m] Peut. tab. *Sicilibba*. Melius scribetur *Sicilibra* cum Anton. & monumentis Africanis.

[n] *Thurris* tab. Peuting. V. mill. à *Sicilibba*, VI. à *Vallis*. Episcopatus in Numidia.

[o] Ita etiam tab. Peut.

[a] Membrisca. Transeunt autem per ipsam Africanam provinciam inter cetera flumina quæ dicuntur, id est [b] Cepsite, Torrens, & Panazeron.

VI. Item juxta mare magnum, proxima ejusdem Africanæ regionis, rejacet patria, quæ dicitur Numidia [c] Byzancium. Quam Numidiam iidem philosophi, qui supra nominati sunt quidem prædictam Africanam regionem designasse, ipsi & eamdem Numidiam descripserunt. Sed dum non concordant in civitatibus inferius designatis, ideo nos secundum Castorium Romanorum philosophum, suprascriptas civitates ejusdem Numidiæ nominavimus. In qua Numidia plurimas fuisse civitates legimus, id est civitas [d] Membronem,

[a] *Membrissa* tab. Peuting. & Procop. lib. 2. de Bell. Vandal. ubi oppidum hoc 350. stadiis à Carthagine distare tradit. Ejusdem urbis meminerunt S. Aug. Anton. & alia monumenta Africana. In Peuting. sic distantiæ numerantur. A *Membrissa* *Chisiduo* VIII. *Thurris* IV. *Sicilibba* V. *Inuca* II.

[b] Ex his tribus *Torrens* solus in Peut. tab. extat, ceterorum nusquam memoria.

[c] Βυζάκιον & *Byzacena* vulgo legitur, Βύζαντες nihilominus scribit & Stephanus.

[d] In Antonini Itinerario à Surita edito *Memlonem* reperies, licet idem Surita fateatur, quod in omnibus MSS. codicibus, uno excepto, *Membro* scribatur. Tab Peutinger. *Membione* Episcopalis sedis dignitate fuit insignis, & in monumentis ecclesiasticis ad Africam spectantibus sæpius occurrit, & ad Proconsularem pertinuisse dicitur.

quæ confinatur juxta mare magnum cum jam prænominata Utica civitate Africanæ regionis. Item civitas [a] Tumiſſa, [b] Hippone Zareſton, Tabraca, [c] Tuniza, [d] Armonaca, [e] Uſuſſa, Hippon regium, [f] Sulucu, [g] Zaca, Ruſſicade. Nam deſuper ſunt in Numidia civitates, id eſt [h] Semitum, Bulla regia, [i] Silma, Sigueſſe, [k] Sicabe, [l] Thacora, [m] Gegite,

[a] *Tumſa* Peuting. tab. Θινισα Ptol. *Tuniza* Anton.

[b] Anton. *Hipponem Zarrhutum* aut *Zaritum*, variant enim codices. Peuting. tab. *Ipponte Diario*. Collatio Carthag. meminit Florentini epiſcopi *Hipponenſium Zaritorum*; Notitia Africæ apud Victorem Vitenſem, Mariani *Hippzaritenſis* in Corſicam ejecti tempore Hunnerici Regis. Plin. lib. 5. ſect. 3. *Hipponem dirutum vocant*, *Diarrhytum à Græcis dictum*.

[c] Θύνουσδα Ptol. *Tuniba* Peut. tab.

[d] In Peuting. tab. non urbs ſed flumen eſt *Armonacum*, de quo in inferioribus.

[e] Hic occurrit *Ubus* fluvius in Peut. tab. in Periplo autem noſtro *Ubr* civitas: de *Uſuſſa* vero altum ubique ſilentium.

[f] *Sullucu* Anton. Peuting. tab. *Sublucu*.

[g] Urbis hujus ſitus fuit inter *Tacatuam* & *Ruſicadam*, ex Peuting. tab. quæ illam & ipſa, ſed ſola cum noſtro auctore exhibet.

[h] *Simittu* colonia Antonino, *Sunitu* vitioſe in tab. Peut. *Simittuenſe* oppidum Plinio, Σιμίθθου Ptolem. Benenatus epiſcopus Simittenſis occurrit in Collat. Carthagin.

[i] Peut. tab. *Ad Silma*, locus ignotus ceteris, ut & ſequens, qui abſque duplici ſ ſcribitur in Peut. tab.

[k] Pro *Sicca Veneris*, non Librariorum hîc error, ſed uſus ætate illa receptus, ut opinor.

[l] Ita Peut. tab. Antoninus vero *Tagora*, vel *Thagora*.

[m] *Gegetu* Peut. tab. Hinc *Quadratus epiſcopus plebis Gegitanæ* in collat. Carthagin. cognit. 1. §. 128. Item *Conſtantius Gegitanus* epiſcopus in Mauritania Sitifenſi apud Vict. Vit. lib. 4.

[a] Narragara, [b] Molas, Tipaſa, [c] Tibili, [d] Jabianon, Cirta, [e] Quartelli, [f] Palunam, [g] Villam-Cervinam, [h] Lapiſede, Novale, Berrice, [i] Chulcul, [k] Cornon, Baccaras, [l] Milebo-Colonia, [m] Solbeania, [n] Budaxicara, [o] Thenebeſtre, [p] Centenarias, [q] Gauſaparas, [r] Piſcinas, [ſ] Fuſci-

a Ναρά[γ]γουρα Ptol. Anton. & Peuting. cum Anonymo concordant.

[b] Peutinger. tabul. *Ad Molas*.

[c] In tab. Peutinger. legitur cum aſpiratione *Thibili*. Non hæ ſunt *Tibilitanæ aquæ*, de quibus S. Auguſtinus, Antonini Itinerarium, & ipſa tab. Peut.

[d] Hanc urbem fruſtra quæſieris apud alios.

e *Aquartille* tab. Peuting. non eſt *Cartilli* Anton.

[f] Neque hæc alibi reperitur.

[g] Lege *Villam Servilianam* cum Antonino Suritæ & cum Peut. tab.

[h] *Lapiſede*, *Novale* & *Berrice* mihi non occurrunt apud ceteros ſcriptores.

[i] Ptolemæo Κύλλυα colonia Numidiæ novæ. In Peutinger. tab. *Chulcul* fluvius eſt, non procul ab Hippone Dhytarrio, ut videtur.

[k] *Cornon* & *Baccaras* apud alios omnes deſiderantur.

[l] Antonino *Mileum*, *Mileu* Peut. tab. Coloniæ nomen obſerva quod à Peut. tab. ipſi etiam conceditur. Hæc eſt *Milevis* de qua ſanctus Auguſtinus & Concilia.

[m] *Salviana* Peut. tab.

[n] *Buduxi* eidem Peuting. tab. cui ſoli memoratur, ut & ſequentes aliquot.

[o] Ibidem *Thenebreſte* ſcribitur.

[p] *Ad centenarium* in Peut. tab. VI. mill. diſtat à præcedenti. Hinc Creſconius Centenarienſis in Collat. Carthagin. §. 133. cogn. 1.

[q] *Gauſapala* Peuting. tab. Γαυσάφνα forte Ptolemæo. Γαζόφυλα Procop. lib. 2. de Bello Vandalico. *Augencius Gazauphulenſis* epiſcopus in Numidia in exilium ejectus fuit teſte Victor. Vit. lib. 4.

[r] Peut. *Ad Piſinas*.

[ſ] Locus ne quidem ex ipſa Peut. antea cognitus.

nas, [a] Falavi Marci, [b] Thugurſicus, [c] Altuburus, [d] Mucea, [e] Sufulus, [f] Præſidin, [g] Midias, [h] Piſſinas, [i] Meſſafilta, [k] Duo-flumina, [l] Sinnachi, [m] Lambreſe, [n] Lambridin, [o] Tamaſgua, [p] Orgentarium. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt [q] Labafudin, [r] Labiana, Vico Au-

[a] *Flavia Marci* Peuting. tab.

[b] Ptolem Θουϐουρσίκα. In Collat. Carthag. *Servus Dei episcopus plebis Tuburſicen.*

[c] *Altieurus* Antonino, Peut. tab. *Altuburos*. *Altiburitenſis* epiſcopus Baſilius Collat. Carthag. adfuit ex §. 127. Auguſtalis item §. 187.

[d] *Mutia* Peut. tab.

[e] Legi forte debet *Sufibus* cum Antonino & S. Auguſtino. *Sufulis* tamen occurrit inter oppida Oceani meridiani, non procul à *Sufibus*, apud Æthici coſmographiam.

[f] Non idem videtur cum *Præſidi-Diolele*, quod in Peutingeriana ſitum habet ultra *Capſam*.

[g] *Ad medias* Peut. tab.

[h] *Ad Piſcinam* eid. tab.

[i] *Meſſirfeltenſis* epiſcopus Benenatus præſens aderat Collat. Carthag. ex §. 187. cognit. 1. In Peut. tab. vocatur *Meſar filia*, ſtatuiturque inter *Aquas Herculis* & locum dictum *Ad Piſcinam*: hinc XVIII mill. illinc vero VI. In Numidia igitur, non in Byzacena fuit *Meſſafilta*.

[k] Peut. tab. *Ad duo flumina*.

[l] *Simmachi* eid. Peut. tab:

[m] Ptol. Λαμϐαίσα. *Lambeſe* Antonino, Peuting. tab. &c. in Numidia.

[n] An *Lamberi* Numidiæ epiſcopale oppidum in Notitia Africæ? Lambridi tamen ſcribitur & in Peuting. tab. *Lambiritenſis* epiſcopus Creſcentiljanus in Collat. Carthag. memoratur §. 206.

[o] *Lamaſbua* Peut. tab. Antonino *Lamaſba*. In Notitia Africæ Secundinus *Lamaſuenſis* inter epiſcopos Numidiæ recenſetur. Avitus ejuſdem loci epiſcopus aderat Collat. Carthagin.

[p] Nullibi reperitur.

[q] Peut. tab. *Lambafudi*.

[r] Peuting. tab. *Liviana*, XVIII. mill. à *Vico Aureli*. Uterque locus in ſola Peut. tab. reperitur.

reli, [a] Germani, [b] Thebeste. Item ad aliam partem sunt civitates, id est Thuraria, Thoburbi minus, [c] Chulcar, Elefantaria, [d] Zicella, [e] Aovia, [f] Mistin, [g] Theblata, Vico Augusti, [h] Tatia,

[a] Peutinger. tab. *Ad Germani*, *Germaniciana* Antonino. Crescentianus *Germaniensis* episcopus in Numidia in exilium fuit ejectus ex Notitia Africæ sæpius laudata. Innocentius item Germaniensis Præsul Collationi Carthaginensi adfuit.

[b] *Theveste* Antonino & Peut. tab.

[c] Antonino *Cluacaria*, Clucar Peut. tab. x. mill. ab Elefantaria. Frustra igitur cum nonnullis in Sardiniam trajeceris *Elephantariam* quæsiturus.

[d] Incognita, nisi *Tichilla* sit Peuting. tab. XVI. mill. à *Membrissa*, ac proinde non procul à Θίϰιγα Ptol.

[e] *Aobia* Peut. tab. sedes episcopalis hæc, incertæ provinciæ hactenus fuit, teste alphabetico indice sedium episcopalium Africæ, in Oxoniensi editione sancti Cypriani.

[f] *Musti* duplex notatur in prædicto indice. Ad Proconsularem una, altera spectans ad Numidiam. Et quidem *Antonianum Mustitanum episcopum in Numidia* habemus ex Victore Vitensi. *Musti* vero ad Proconsularem pertinentem non reperio, licet pluries repetatur nomen hoc apud Antoninum. Felicianus quidem Mustitanus subscribit synodali epistolæ Concilii Cabarsussitani anni 393. & Felicianus item Mustitensis aderat Bagaiensis. Verum annus qui inter utrumque intercessit, mutationi locum potuit permittere. *Mubsi* scribitur in Peutinger. tabul. *Mustitana* regionis S. Augustinus meminit.

[g] *Tabalta* Antonino, Peutinger. tabul. *Teglata* VII. mill. à Vico Augusti. In Notitia dignit. Rom. Imp. *Præpositus limitis Tablatensis sub dispositione ... Comitis Africæ* memoratur.

[h] In Peuting. tab. *Thasia* VII. mill. disparatur à *Drusiliana*. Hinc *Rufinus Drusilianensis* in Collat. Carthag. §. 121.

Drusiliana, [a] Piconi, [b] Novis aquis, [c] Droxiliana, [d] Siguisse, [e] Armasdum, Cirta, [f] Gasibala, Medranis, [g] Bagradas, [h] Tepte colonia, [i] Gemellas, Pago Gemellin, [k] Dabuas. Per quam Numidiam transeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur [l] Armoniacus, [m] Bagrada, [n] Ubus, [o] Masaga,

[a] Picus, Peut. tab.

[b] Novis Aquilianis Peut. tab. & Anton.

[c] Eadem ni fallor quæ supra *Drusiliana*.

[d] *Siguese* Peut. tab. xxx. mill. distat à *Sicca Veneria*, vii. à *Drusiliana*.

[e] In Peuting. tab. Armascla fluvius hic videtur occurrere, vi. scilicet milliari à Novis Aquilianis.

[f] *Gasibala* & *Medranis* ceteris incognitæ sunt.

[g] Fluvium quidem apud Ptolemæum & Livium reperio cum hoc nomine, urbem vero nullam.

[h] *Teleote colon.* Peut. tab. neutrum accurate, est enim *Telepte* Byzacenæ metropolis, de qua SS. Cyprianus & Augustinus, Collatio Carthaginensis, &c.

[i] Hinc *limitis Gemellensis præpositus* in Notitia dignit. Rom. Imp. Hinc etiam *Bucaton episcopus Gemellensis* in Collat. Carthagin. cognit. 1. §. 206. In Peut. tab. *Gemellas* distat à loco dicto *Ad Piscinam* xxxiii. mill. hic vero à *Mesarfilta* xviii. Legi forte debet *Colonia* Gemellas. Id primo suadet, qui sequitur Pago *Gemellin*. Nummum memorat Ligorius, qui, si sincerus esset, dignitatem hanc ipsi assereret, verum R. P. Harduinus illum neglexit.

[k] Ptolem. Δαϐία Africæ propriæ oppidum est.

[l] *Armoniacum* Peut. tab. Arnuta Plinio, Rubricatus Orosio, Ptolem, &c.

[m] *Bagradas* Livio, Ptolem. & Procopio. *Bagamada* Peutinger. tab.

[n] In Peut. tab. *Vbus* fluvius mare subit, v. milliari ab Hyppone regio, versus Orientem.

[o] Αμψάγα Ptolem. *Amsaga* fluvius fœcilosus vocatur à Victore Vitensi lib. 2. de Persecut. Afric. *Amsaga* etiam Plinio, &c.

[a] Abiga, [b] Publitus, [c] Sadinta, Ameſa, Adima, Limeletendum.

VII. Item ſuper ipſam Numidiam, in montanis & planiciis locis eſt patria, quæ dicitur Mauritania quaſi Rubea, quæ & Sitifenſis appellatur. Cujus fines à montibus, uſque ad mare magnum pertingunt; nam ad Oceanum nullo modo. Quam patriam ſecundum Caſtorium nominavimus. In qua patria plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt civitas [d] Tuca, quæ juxta mare magnum dividit, inter ſuperius dictam Numidiam, & Mauritaniam Sitiphenſium. Item civitas [e] Chullu, [f] Pacianis, [g] Igilgili, [h] Choba mune, [i] Ho-

[a] Suidæ Αβίγας, item Procopio, qui hiſtor. Vandal. lib. 2. flumen illud *Aurasio* monte ſcribit oriri. Erravit eruditiſſimus L. Holſtenius, cum in Annotationibus in Ortelii theſaurum geographicum *Abigam*, aliis *Ampſagam* dici exiſtimavit.

[b] *Popletum* Antonino, *Popleto* Peutinger. tab. urbs eſt inter *Livianam* & *Tamagadim*.

[c] Hic cum tribus ſequentibus nuſquam comparet.

[d] Plinio *oppidum Tucca impoſitum mari & flumini Amſaga*. Peut. tab. *Tucca fines Africa & Mauritania*.

[e] Ita Antoninus, ita & tab. Peuting. Verum aſpirationem detrahunt Ptolem. Plinius & Periplus noſter.

[f] Antonino & Peut. tab. *Paccianas Matidia*.

[g] Ιγιλγίλι Ptolem.

[h] Id eſt *Choba municipium*, ita legunt tab. Peut. & Anton. Χόβατ vero Ptolemæus.

[i] *Horreta* in Peut. tab. conjunctim legitur cum *Muſlubio*. *Victor Horrenſis* inter *Sitifenſis* Mauritaniæ ejectos epiſcopos à Victore Vitenſi numeratur lib. 4.

rea, [a] Muſlubion. Item ad aliam partem ſunt civitates, id eſt [b] Amabu mune, Gaddo, Leba, Balicin, Vicum, Mobziacia.

VIII. Iterum litus maris magni, eſt patria quæ dicitur Mauritania Cæſarienſis, quam ſecundum Caſtorium & Lolianum philoſophos deſignavimus. In qua Cæſarienſe Mauritania plurimas civitates fuiſſe legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt civitas Saldis, quæ juxta mare magnum confinatur, cum Muſlubio civitate ſupraſcriptæ Mauritaniæ Sitifenſis. Item juxta civitas [c] Qtãs, [d] Ruſeius mune, [e] Lomnion, [f] Ruſicuron, [g] Ruſguniæ, Icoſion, Tipaſa, Cæſarea, Gunugus, Lar-

[a] Sic etiam ſcribitur in nonnullis codicibus Itinerarii Antonini; in aliis vero *Muſulubion*: corruptius *Musjubium* in Peut. tab.

[b] Urbem hanc, cum quinque proxime ſequentibus, non valui apud aliquem ex veteribus geographis reperire.

[c] Sic in codice, ſed legendum ſuſpicor *Saldas*.

[d] *Ruſahu* Peut. tab. Ptolemæo autem & Plinio *Ruſazus*.

[e] Sic etiam legitur apud Antoninum & in Tab. Peut. apud Ptolemæum vero Ἰόμνιον.

[f] *Ruſucurium* Plinio, Ptolemæo Ρουσουκκόρου, *Ruſicurru* Peut. tab. *Ruſucurrum* Antonino.

[g] Lectorem hic non detinebo, urbes enim has omnes exhibent Plinius, aut Ptolemæus, aut Antoninus; variationes vero quæ in his occurrunt videbit, ſi lubet, in Notis R. P. Harduini ad Plinium, aut in obſervationibus Suritæ ad Antonini Itinerarium.

castellum, Cartenna, Arsenaria, Portum magnum, Portum divinum, [a] Albulas. Item super aliam partem sunt civitates, id est [b] Signa mune, [c] Rubras, [d] Sita Colonia; Item ad aliam partem, supra jam dictam civitatem Saldas, est civitas quæ dicitur [e] Tubusubros, [f] Bidda monicip. [g] Tigisim, [h] Repetiniana, [i] Castellum, [k] Helepantaria; Aquiscalidis. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [l] Galaxian, [m] Aucunasta, [n] Lamara-

[a] *Ad Albulas* Antonino.

[b] Forte *Siga municipium* Antonini. Hujus oppidi meminit & Plinius, Strabo etiam, sed dirutum illud asserit.

[c] *Ad Rubras* Antonino.

[d] Hanc non reperio apud ceteros, nisi sit *Syda municipium*, quod in tab. Peut. inter *Ruba* & *Tigisi* statuitur.

[e] Τουβούσουπτος Ptolemæo, Plinio *Tubusuptus*, *Tubusuptum* Anton. & Ammiano.

[f] Syda, municipium Peutinger. tab. Rectius Βίδα κολωνία Ptolemæo. Hinc *Bidensis limes* in Notitia dignitatem.

[g] Ita Antoninus & Peut. tab. cum Ptolemæo. *Tigisensium* episcoporum memoria frequens in ecclesiasticis monumentis Africæ. De ejus situ & origine consule Procop. lib. 2. Wandalic.

[h] Nisi sit *Reperitana* sedes episcopalis in Mauritania Cæsariensi, de qua Victor Vitensis lib. 4. singularis erit Anonymo nostro urbs illa.

[i] In Africa sedes episcopales variæ extiterunt huic cognomines. Inter ceteras, Sitifensi Mauritaniæ una à Victore Vit. loco citato tribuitur.

[k] Aliam esse oportet ab *Elefantaria*, de qua paulo supra. His in partibus mihi occurrunt *Aqua calida* colonia apud Ptolem.

[l] Hanc cum nostro auctore novit Peut. tab. sed nemo alius.

[m] Urbs à ceteris omnibus prætermissa.

[n] Ignotum huc usque oppidum.

ſium, [a] Suſaſa, [b] Tababac, Bambinide, [c] Lecmelli, [d] Balaſadais, [e] Baccis, [f] Tubonis. Per quam Cæſarienſem Mauritaniam plurima tranſeunt flumina, inter cetera, quæ dicuntur, id eſt [g] Uſar, Agilaam, [h] Mina, Sira, Taſagora, Iſaris, Nigreuſis, Ligar & [i] Malba.

IX. Item juxta Oceanum ponitur patria, quæ dicitur Mauritania Peroſis, vel Salinarum, quæ confinalis exiſtit ſuprafcriptæ Æthiopiæ Biblobatis. In qua Peroſium Mauritania maximum deſertum eſſe adſcribitur. In qua patria ſunt

[a] Antonino *Suſaſar*, urbs à *Cæſarea* XLI. M. P. à *Malliana* XIX. diſparata.

[b] Hic nos Peut. tab. deficit, ideo forſitan incognitæ prorſus ſunt *Tababac* & *Bambinide*.

[c] *Lemelli præſidium* Peut. tab. *Lemellenſe caſtrum* Optato lib. 2. Jacobi Lemeleſenſis epiſcopi in Sitifenſi Mauritania meminit loco dicto Victor Vitenſis.

[d] *Balaſadais* nullibi reperio, hic Peutinger. tab. deficiente.

[e] *Vaccis* Peuting. tab. An *Vacca*, de qua Salluſtius in Bello Jugurthino.

[f] Præter Peut. tab. hujus urbis S. Auguſtinus meminit ſub *Tubunis* nomine, meminit & *Tubunienſis* limitis Notitia dignitatum Roman. Imper.

[g] Σίσαϱ vocatur à Ptolemæo, *Uſar* autem à Plinio lib. 5. c. 2. Mediterraneum mare ingreditur *Saldas* inter & *Igilgilin*.

[h] *Mina* & *Taſagora* urbes ſunt apud Antoninum in Mauritania Cæſarienſi, ſed flumina illa nec ipſe, nec quis alius memorat.

[i] De hoc flumine ſic Antoninus: *Flumen Malva dirimit Mauritanias duas. Malvana* vocatur à Plinio lib. 5. c. 2. Μαλοῦα à Ptolemæo. De aliis fluminibus hic poſitis nihil habeo quod dicã,

montes, qui dicuntur Lytricus; cujus patriæ post terga, procul infra Oceanum, tres [a] Insulæ inveniuntur. Cujus patriæ ad frontem per medium essent espatia * litus maris magni, ponitur patria, quæ dicitur Mauritania Tingitana. Iterum in montanis & asperis, seu aridissimis locis, in suprascripta Mauritania, quæ dicitur Perosis, quæ ponitur juxta Oceanum & Mauritaniam Tingitanam, quæ ponitur juxta mare magnum, est patria magna, quæ dicitur Getulia, de qua in sua homelia refert S. Gregorius. In qua Getulia pro aquæ inopia, dum longè ab Oceano, & ad mare magnum amplius, & flumina ibidem, quæ sistunt minime, aliquantas fuisse civitates legimus, id est [b] Thursurum, [c] Tices, [d] Speculum, [e] Turres, Ceruas. Item litus maris magni juxta, Mauritania Tingitana. In qua plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est civitas Tingis, [f] Cadum *

[a] Insulas illas attende.

[b] *Thusuros* Peutinger. tabula.

[c] Peutinger. tab. *Thiges.* Θίγη Ptolemæo in Libya interiori.

[d] Ita & in Peut. tab. sed non alibi.

[e] *Ad Turres* Peut. tabul. quæ illius sola meminit, ut & sequentis.

[f] Antonino *Cadaum castra*, Surita tamen unius soliusque codicis auctoritatem ceteris omnibus præferens, *Gadum* posuit.

Caſtra [a] Caſtra nova, Taſacora, Dracones, Tepidas, Fovea rotunda, Ripas Nigras, Stavulum Regis, Ataba, Taxafora, Fulga, Figit, Gent, Subſelluit, Naſſufa. Item aliam partem, juxta civitatem, quam diximus Tingin, ſunt civitates, id eſt [b] Turbice, Septemvenam. Per quam patriam, inter cetera tranſeunt flumina, quæ dicitur Turbulenta; quam alii [c] Davinam appellant.

X. Item juxta Oceanum, prope ſupraſcriptam Mauritaniam Peroſis, eſt patria quæ dicitur Egel. In qua patria, juxta Oceanum ſunt montes, ut mons Ethna, qui ardere ſcribuntur. In qua patria, juxta Oceanum ſunt montes excelſi, qui appellantur [d] Praxe. Cujus patriæ ad frontem, multis miliaribus ſpatiis,

a *Caſtra nova, Taſacora, Ad Dracones* tibi exhibet Antoninus: quæ vero ſequuntur uſque ad *Naſſuſam* huc uſque ignotæ permanſerunt. In earum urbium aliquot mendum videtur irrepſiſſe, ſed non ſine temeritate mendis his expurgandis manum adhiberem. Non omittendum tamen quod *Altaba* occurrit apud Antoninum XVIII. M. à Theveſte colonia, utrum vero *Ataba* noſtra hæc ſit, quis nos docebit?

b *Turbice* quoque & *Septem-venam* hactenus alta oblivione obrutæ delituerunt.

c Incognita etiam *Turbulenta* illa, ſeu *Davina*, nullumque fluminis nomen potui reperire his in partibus, ad illud propius accedens, quam Δύος & Δίους apud Ptolem.

d In ſuperioribus ſcribitur *Brace*.

tiis, id eſt litus maris magni, ponitur patria quæ dicitur Mauritania Tingitana.

XI. Item litus maris magni ponitur prædicta Mauritania Gaditana, quæ litus maris magni confinalis exiſtit prælatæ Mauritaniæ Tingitanæ. Quæ Gaditana patria ſupradicta & barbaro modo Abrida dicitur, ubi gens Vandalorum à Beliſario devicta in Africa fugit, & nunquam comparuit. Quam patriam ego ſecundum multoties dictum Caſtorium deſignavi. In qua Mauritania Gaditana plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt civitas [a] Pareatina, quæ litus maris magni ponitur prope prædictum fluvium Malba, non longè à portu Sigenſe. Item civitas Tingi Colonia, [b] Zili, [c] Tabernis, Lix colonia, [d] Frigidis, [e] Banaſa, [f] Gigantes, Oppido novo, Tremulas,

[a] *Parietina* Antonino.

[b] Plinio *Julia Conſtantia Zilis*, hodie *Arzilla*. Illius meminerunt Antoninus, Peuting. tab. aliique.

[c] Antoninus hanc novit urbem, novit & Notitia dignitatum Romani Imperii.

[d] Cum ſolus Antoninus & Notitia prædicta de hac agerent, nec in ſcribendi ratione conſentirent, hactenus dubitatum fuit quonam modo legeretur *Frigidis* an *Friglis*; verum pro Antonino ſtat noſter Anonymus.

[e] Βάνασα Ptolem. *Banaſa* Plinio & Antonini MSS. codicibus aliquot.

[f] Ignotus locus hucuſque. Quæ ſequuntur uſque ad *Gentiano* reperies apud Antoninum & alios.

Septem fratres, Tamuſida, Sala, [a] Gentiano, [b] Explorazio, Boballica, [c] Bobiſcianis, [d] Aquis Daticis, [e] Bada, [f] Tocoloſion, [g] Bobabili, [h] Bonivricis, [i] Gudda, [k] Bati, Argenti, Barſuvli, Sidilium, Egelin, Lampica, Fons Aſper, Nabia, [l] Maura, Getuli, Selitha, Getuliſoſi, Getulidare, Turris Buconis, Pauriſi, Perora. Quæ ſuperius dicta Mauritania Gaditana, quæ & barbaro modo Abrida dicitur, conjungitur cum freto, qui dicitur Septegaditano qui dividit Mauritaniam ab Hiſpania, id eſt Africanam pro-

[a] *Gontiano* Peut tab. Γοντιανα Ptolemæo.

[b] *Explorazio*, *Boballica*, à quibuſlibet aliis ſcriptoribus omittuntur.

[c] Antonino *Vopiſcianas*.

[d] *Aquas Dacicas* vocat Antoninus.

[e] Præter *Vada* Numidiæ epiſcopalem urbem, de qua Concilium Carthagin. ſub Cypriano, Victor Vitenſis loco toties laudato, &c. *Bada* aliam urbem eadem dignitate cohoneſtatam recenſet index alphabeticus ſedium epiſcopalium Africæ operibus S. Cypriani præpoſitus in editione Oxonienſi, ejuſque ſitum incertum fatetur. Hæc illa eſt forſitan.

[f] Τοκολόσιδα Ptolemæo, Antonino autem *Ptocoloſida*.

[g] *Volubilis colonia* & *Bolubilis* apud Antoninum ſcribitur.

[h] *Bonivricis* ne quæras apud ceteros.

[i] *Gilda* Antonino, Stephano Γίλδα πόλις Λιβύης.

[k] Num Vata? urbs in bello, quod Cæſar cum Scipione geſſit, exciſa, ut habet Strabo lib. 17. Num vero legendum eſt Bati Argenti?

[l] Locus iſte, cum his quæ ſequuntur ad finem uſque, à nullo auctore memoratur, *Maura* excepta; Victori Vitenſi ſiquidem, lib. 4. *Maurenſis* cathedra in Mauritania Cæſarienſi, epiſcopo viduata dicitur.

vinciam ab Europa. Per quam Gaditanam provinciam plurima tranſeunt flumina, inter cetera quæ dicuntur, id eſt [a] Subulcus, [b] Ubus, [c] Salenſis. Nullus verò exiſtimet, eo quod non multæ patriæ dictæ ſunt in portione Cham, quia minus veniſſet terræ, quam Sem & Japhet; niſi dum caumoſa & arida exiſtunt loca, quæ habitant homines, & dum ſpatioſiſſimæ exiſtunt patriæ, ideò ſic breviter deſignare volumus.

XII. Complectitur autem portio Cham, quam Geon & Riſi philoſophi Africam appellarunt, habens finem ad Orientem, juxta Oceanum, prælatam Arabiam, è regione maris Rubri, & ex parte regionis Hebræorum. Deinde ad mare magnum, finitur, ut dictum eſt, ipſa portio Cham à civitate, quæ dicitur Rinocorura, quæ pertinet ex patria Ægypti.

Ad partem verò meridianam, habet ipſa portio Cham finem Oceanum, qui tangit Æthiopiam Auxumitanam Candaciſſis Trogloditarum, Æthiopiam Garamantium*, Æthiopiam Biblobatis

[a] *Subur* Plinio, Σύβουρ Ptolemæo.

[b] Ex nullo alio ſcriptore cognitus fluvius, niſi ex Peutinger. tab. ubi nomen hoc *Ubus flumen* occurrit prope *Hipponem Regium*, ut ſuperius obſervatum fuit.

[c] Σάλα Ptolemæo.

Mauritaniam Perosis, & Mauritaniam Egel, usque ad fretum, quod multoties diximus, Septemgaditanum.

Ad partem Septentrionalem, habet ipsa portio Cham finem maris magni, quod juxta litora navigatur, per totum Ægyptum & Mauritaniam Cyronensem, Mauritaniam Tingitanam, & Mauritaniam Gaditanam, usque sæpius nominatum fretum Septemgaditanum.

Ad Oceanum Occasum habet ipsa portio Cham finem præfatum, quod prædiximus Septemgaditanum, quod currit de mari magno Gallico, quod aliis [a] Valeriaco Spaniæ appellatur, mergens in Oceano spatiosissimo. Qui fretus supra dictus Septemgaditanus dividit, ut diximus, inter Mauritaniam & Hispaniam. Nam nullo modo ab antiquis dictum, quod alibi reperimus; quod hoc mare magnum nostrum, persemetipsum apud humanis in Oceano optutibus non societur, nisi tantum modo in hoc, quod superius diximus, loco, qui fretus dicitur Septemgaditanus.

a Id est *Balearico.*

LIBER QUARTUS.

EUROPA.

I. IN portione autem Japhet filii Noë, quam philoſophi Europam appellaverunt, ſiſtuntur patriæ, id eſt patria quæ dicitur Scythia quæ in omnibus eremoſa exiſtit. Ponitur ipſa patria litus Oceanum ſeptentrionalem, juxta præfatos montes [a] Rimphæos. Quæ patria longè latéque ſpatioſiſſimè eſſe dinoſcitur. Item ponitur in locis planiciis longè latéque nimis ſpatioſiſſima, quæ dicitur [b] Chozaria, & uſque major Scythia, appellatur, quam Jordanis coſmographus in modum fungi [c] ſcarifum eſſe dixit.

[a] A Plinio Jordane &c. *Riphai* dicuntur; ab aliis *Rypai*.

[b] *Χασαζίαν* hanc appellat Conſtantinus Porphyrogen. de Adminiſtrando Imperio cap. 6. Et cap. 10. ſic loquitur *Τὰ ἐννέα κλίματα τῆς Χαζαρίας τῇ Ἀλανίᾳ παράκειται*. *Chazarii*, Tzera te. ſte, *Ὀξιανοὶ* etiam dicebantur ab Oxo fluvio, qui eorum regionem alluebat. Frequens etiam *Chazarorum* memoria apud Cedrenum.

[c] *σχέδιος*, Euſtathio dicitur *delineatio*. Celeberrimi Cangii Gloſſarium Græcobarbarum conſule ſi lubet.

Quos Chazurios supra scriptus [a] Jordanis Agaz'ros vocat. Per quam Chazirorum patriam plurima transeunt flumina, inter cetera fluvius maximus, qui dicitur [b] Cuphis. Item, juxta mare magnum Ponticum, confinalis prædictæ Lazorum patriæ, quam Laziam in Asia nominavimus, [est] patria, quam transit fluvius, qui vocatur [c] Absilis, quæ dicitur Absiliap.

II. Item juxta ipsam patriam ponitur patria, quæ dicitur [d] Abasgia, in qua aliquantas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus, id

[a] Jordanis locus integer exhibendus est. *Ad litus Oceani, ubi tribus faucibus fluenta Vistulæ fluminis ebibuntur Vidivaris resident, ex diversis nationibus aggregati, post quos ripam Oceani Itemesti tenent ... Quibus in Austro assedit gens Agazzirorum fortissima, frugum ignara, quæ pecoribus & venationibus victitat.* Extat cap. 5. de rebus Geticis.

[b] Cedreno Κύφη Sarmatiæ Europeæ fluvius est, quem à Paulo Varnefridi *Euphram* vocatum Xylander existimavit. Constantino Porphyrogen. de Administr. Imper. cap. 42. Κύφις, Κώφινα Nicephoro Patriarch. Constantinopol. *Cophen* Menandro protectori, in excerptis delegationibus.

[c] Ignotus ille fluvius; notissimi vero *Apsilii* ex Menandro protectore & ex Byzantina historia. Lazis olim subditi, ex Procopio lib. 4. histor. Gotth. qui eorum situm sic designat. *In lunato sinu initium Asiæ ... facit Petra oppidum. In opposita ripa, quæ Europæ datur, Apsiliorum est regio ... Post Apsilios & lunati sinus cornu alterum, oram maritimam Abasgi tenent.*

[d] De *Abasgis* egimus in superioribus.

est [a] Damiupolis, Sevastopolis, [b] Basgidas.

Nam desuper jam dictas patrias, ad partem septentrionalem ponitur patria, quæ dicitur [c] Alanorum. Item juxta mare magnum Ponticum, ponitur patria, quæ dicitur [d] Seyninorum, [e] Ipymelogon, [f] Neurion, [g] Agæon, [h] Taurion, [i] Achiallis. Item est patria quæ dicitur

[a] Ex tribus his urbibus sola non ignota *Sebastopolis*. Attende vero quod auctor, Europæ fines plurimum protendat. In eadem alii erant sententia, ut testis est scriptor Peripli Ponti-Euxini à Vossio editi, in quo hæc leguntur. . . . . χαπαλέγουσιν . . . . . δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν. Geminum Europæ & Asiæ terminum esse aiunt magnum Phasin.

[b] Forte *Abasgidas*.

[c] Ἀλαῦνοι Ptolem. Ad Sarmatiam Europæam pertinent ex eodem & ex Plinio. Eorum situm in Peutinger. reperies.

[d] De *Seyninis* altum ubique silentium.

[e] Ἰσπομυλγοὶ Eustathio, Dionysio Ἰσπιμυλγοί.

[f] Πρώτους δ' ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκεῖν Καρπίδας, ἔχειν Ἐφόρους, εἶτ' αὖ Ἀρωτῆρας πρόσω Νευρογυτάς, forte Νευρίτε. Ita Anonymi Periplus Ponti-Euxini. Apud *Neuros* Borysthenem oriri scribit Plinius lib. 4. cap. 26. Νευροὶ vocantur à Stephano, Dionysio & aliis. *Neuri* à Pomponio lib. 2. cap. 1.

[g] *Achæi*, ceteris; Hinc dictus *Achæorum portus*, de quo Plin. lib. 4.

[h] *Taurorum* illorum meminerunt Tacitus, Eustathius, Procopius, &c. suntque in Sarmatia Europæa.

[i] *Achillea* peninsula, vel Tauris illis proxima erat, vel ab ipsismet incolebatur. Ἀχιλλῆος δρόμος, *cursus Achillis* vocatur ab Dionysio in Perieg. Plin. lib. 4. sect. 26. & Tacito Annal. 12. Hic *Tauros* scribit ibi habitasse.

[a] Zichorum, [b] Geolion, [c] Tirsion. Item dicitur patria [d] Persatiron, [e] Ypodon. Quas Europæ jam præfatas, quas nominavimus patrias, ut Iamblicus Græcorum philosophus dicit [descripsimus.]

Item juxta mare Ponticum, patria quæ dicitur [f] Onogoria, quam subtilius

[a] Horum sedes sic designantur à Procopio lib. 4. Gotthicæ historiæ: *Pone Abasgorum fines ad montem Caucasum Bruchi habitant. Abasgis Alanisque medii: ad oram vero maritimam Ponti-Euxini sedes sunt Zechorum.* Constantinus Porphyrogen. cap. 42. de Administrando Imperio hæc habet... ἔστι ποταμὸς... λεγόμενος Οὐκρούχ, ὁ διαχωρίζων τὴν Ζιχίαν καὶ τὸ Ταμάταρχα... τὸ δὲ παραθαλάσσιον ἀπὸ τῆς συμπληρώσεως τῆς Ζιχίας, ἤτοι Νικόψεως ποταμοῦ, ἐστιν ἡ τῆς Ἀβασγίας χώρα. μέχρι τοῦ κάστρου Σωτηριουπόλεως, εἰσὶ δὲ μίλια Τ. *Urug fluvius est Zichiam & Tamatarcha separans... Quæ vero mari adjacet regio à Zichia & Nicopsi fluvio, usque ad Soteropolim, Abasgia est, suntque milliaria* CCC.

[b] *Gelonum* forte. Geloni enim Plinio lib. 4. sect. 26. gens est Neuris proxima. Γελωνὸς urbs Sarmatiæ Europeæ est Eustathio & Stephano. Μετὰ δὲ Μελαγχλαίνους Γελωνοί. *Post Melanchlanos sunt Geloni*, Scylaci in Peripl. Σαυρομάται καὶ Γελωνῶν γένος memorat etiam Anonymus auctor Peripli Ponti-Euxini. Mela denique lib. 2. cap. 21. *Geloni urbem ligneam habitant.*

[c] *T.rsi* à nullo memorati mihi videntur, nisi sint *Tlysagetæ*, quos Mela loco proxime laudato, juxta Gelonos situm habere prodidit.

[d] De *Persatiris* silentium altum ubique.

[e] Ἱππόποδες Dionysio in Periegesi. Ζάγαροι etiam vocabantur, Eustathio teste.

[f] Hunni dicebantur etiam *Onogori*, ut auctor est Agathias, *Hunogurorum* mentio est in excerptis de legationibus, ex historia Prisci Rhetoris. Iidem videntur esse qui *Ongori*, item in excerptis ex Menandro Protectore. Ceterum *Onogoria* regio incognita est.

[a] Livanius philosophus vicinam paludis Mæotidæ summitatis esse decernit, asserens multitudinem ex vicinantium locorum habere, sed, ut barbarus mos est, insulæ [b] eos perfruere.

III. Item patria, [c] Licania Bosforaniæ, juxta mare Ponticum posita, cujus patriæ plurimos descriptores legimus, ex quibus nefandus sit Porphirius, Iamblichus, Livanius, Græcorum philosophus: sed & Arbitio & Lolianus atque Castorius Romanorum philosophus. Sed ego secundum præfatum Livanium, inferius dictas civitates nominavi. Cujus Bosforaniæ patriæ plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est [d] Ermonassa, [e] Eteobroton, [f] Suppatos, [g] Fritiores, [h] Dina, [i] Ichigin, [k] Ermogan, Teagi-

[a] Libanium intellige.

[b] sic in codice.

[c] Singularis est illa denominatio.

[d] *Hermonassan* utramque Ptolemæus Asiæ assignat.

[e] *Eteobrocon* legitur in Periplo nostro, sed alibi ne vestigium quidem urbis illius invenio.

[f] *Sopatos* Peut. tab. alibi nusquam comparet. *Supatos* scribitur in nostro Periplo.

[g] In Periplo nostro *Friciorin* scriptum reperies. In Peutingeriana tabula vocatur *Christionis*, opinor.

[h] Plinio lib. 4. sect. 26. *Dia*, *Dina* tamen in Periplo nostro repetitur.

[i] *Ichigin* alibi frustra quæres. In Periplo nostro *Ichnidin* scribitur.

[k] *Hermoca* Peuting. tab. quæ sola hanc & sequentem exhibet.

nem, [a] Acra, [b] Sanabatin, Asandi, Sita, [c] Nimfa, [d] Abritani, [e] Machara, [f] Tatirita, Aumon, Malorossa, [g] Machare, [h] Chimerion, [i] Panthuas, [k] Ratyra, [l] Murmicon, [m] Cabalo, [n] Salolime, [o] Boristenida, Olbiapolis, [p] Calipolis,

[a] Acræ Taurorum Plinio lib. 4. sect. 26. Straboni Ἄκρα Panticapæorum; Scythiæ Stephano.

[b] *Sanabatin*, *Asandi* & *Sita* incognitæ latebant.

[c] Νύμφαιον in Taurica Chersoneso Ptolemæo. *Nimphi* Peut. tab.

[d] Aliter scribitur in Periplo, nimirum *Bitrani*, in Peut. vero tab. *Bruani*.

[e] In Peuting. tab. legitur absque aspiratione, quæ tamen in Periplo retinetur. Urbes hujus nominis plures occurrunt, sed nulla in Taurica Chersoneso.

[f] *Latirita* inferius in Periplo nostro, nullo modo apud alios quoslibet auctores. De *Aumon* & *Malorossa* eadem dicenda sunt.

[g] Num eadem quæ supra *Machara*.

[h] Ita legit & Peuting. tab. Est tamen *Cimmerium*, sive illud sit Melæ ad Bosporum, hinc Cimmerium dictum; sive illud in mediterraneis, cujus Ptolemæus meminit.

[i] In Periplo nostro *Patuas*.

[k] *Ratyram* apud nullum alium scriptorem reperi.

[l] Jordani *Mirmycion*. Μυρμήκιον Ptolemæo, Stephano, Periplo Ponti Euxini, &c.

[m] Peut. tab. *Cabacos*.

[n] Ita & tab. Peuting. sed sola cum nostro Anonymo hanc & præcedentem exhibet.

[o] Βορυσθένης & Ὀλβία à Ptolemæo, Strabone & Stephano, pro una eademque urbe usurpantur; hîc vero urbes sunt diversæ, ut & apud Jordanem. Nec dicat aliquis legendum hic esse Borysthenida Olbiapolis absque commate, contrarium enim ex Periplo nostro evincitur, ubi dictiones illæ ordine alio disponuntur.

[p] Jordani cap. 5. de Rebus Geticis *Callipos*, *Calipolis* tamen constanter retinet Anonymus noster in Periplo. Καλὸς λιμὴν non procul hinc stat in Periplo Ponti-Euxini Vossiano. Num hinc vocati *Callipidæ?* quos Hypanis includit; ut loquitur Mela. lib. 2. c. 1.

a Dori, b Cherſona, c Theoſiopolis, d Careon, e Trapezus.

IV. Iterum ad partem Septentrionalem, juxta Oceanum, confinalis præfatæ majoris Scythiæ ponitur patria, quæ dicitur Colchia f Circeon, g Melangli-

a Singularis eſt Anonymo noſtro locus hic.

b *Cherſo* Jordani, Χέρσων Procopio, Χερσόνησος Ptol. & aliis veteribus geographis.

c Ex hac dictione duæ urbes excitantur in Periplo noſtro, nimirum *Theodoſia* & *Doſiopolis*, ſed & huc & illuc mendum irrepſiſſe ſuſpicor, nam *Doſiopolim* nuſquam reperio & *Theodoſia* hîc ponitur ab his, qui de geograpia ſcripſere, nuncque *Caffa* appellatur.

d Sic etiam ſcribitur infra in Periplo noſtro, *Pareon* vero apud Jordan. cap. 5.

e Mons eſt Straboni, Jordani vero oppidum non obſcurum.

f Κιρκαῖος Colchidis campus, eſt quidem Valerio Flacc. Argon. 5. Apollonio 3. & Euſtathio; quod de priſca illa Colchide hic agi perſuaderet. Verum hanc *Colchiam* ad ſeptentrionalem eſſe, cum innuat noſter Anonymus, de alia prorſus regione ſermo eſt, licet nullus ex ſcriptoribus qui ad nos uſque pervenerunt illius meminerit.

g Μελάγχλαινοι Sarmatiæ Aſiaticæ populi ſunt Ptol. & Steph. Procop. vero de Melanchlænis hæc habet lib. 1. hiſt. Vandal. c. 2 *Gotthica nationes multiplices & olim fuere & nunc ſunt. Maxima harum & nobiliſſima ſunt Gotthi proprium nomen ex tota gente adepti, Vandali, Wiſigotthi & Gepida, quos vetuſtas Sauromatas & Melanchlanos vacabat.* Πάλαι μὲν δὲ Σαυρομάται καὶ Μελάγχλαινοι ὠνομάζοντο. Libro autẽ 4. de Bello Gotth. c. 5. Ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη ἅπερ τὰ ἐκείνῃ χωρία ἔχουσι Σκυθικὰ μὲν ἐπικοινῆς ὀνομάζεται. ἔνιοι δὲ αὐτῶν Σαυρομάται, ἢ Μελάγχλαινοι, ἢ ἄλλοτε ἐπικαλοῦνται. *Quicumque homines illa mundi extima tenent, univerſe quidem Scytha appellantur, diſtincti interim in nominum ſpecies Sauromata, Melanchlani, &c.* Scylax etiam in Periplo: Μετὰ δὲ Κορικὴν Μελάγχλαινοι ἔθνος. *Poſt Colicam ſequuntur Melanchlani.* Mela tandem lib. 2. cap. 1. *Melanchlanis atra veſtes & ex ea nomen.*

non,[a] Bassarinon. Quæ Colchia, in omnibus eremosa esse dinoscitur. De qua patria enarravit Pentesilius philosophus.

Item juxta Oceanum, confinalis præfatæ regionis Colchiæ est patria, quæ dicitur ab antiquis Amazonum, postquam eas de Caucasis montibus exisse legimus. De qua patria subtilius agunt suprascriptus Pentesileus, ac Marpesius, atque Ptolomeus Rex, Ægyptorum Macedonum philosophi.

Item juxta Oceanum est patria, quæ dicitur Roxolanorum,[b] Suaricum, Sauromatum. Per quam patriam, inter cetera transeunt flumina, quæ dicuntur, fluvius maximus, qui dicitur Vistula, quia nimis undosus in Oceano mergitur: & fluvius qui nominatur[c] Lutta. De qua patria enarravit suprascriptus Rex Ptolomeus & philosophus. Cujus patriæ post terga, infra Oceanum, suprascripta[d] insula Scanza invenitur.

V. Item ad frontem Roxolanorum

a Gens incognita si alia sit à *Bastarnis*.

b *Sorices* populos, & *Sauricam* regionem prope *Roxolanos* exhibet Peutingeriana tabula; sed neque de hac nec de illis plura ex scriptoribus discimus.

c Quis sit fluvius ille nemo nos docet.

d Non errore Anonymo nostro proprio, *Scanza* seu *Scanzia* insula appellatur. In eadem opinione fuerunt Jordanis, alique veteres plerique omnes.

regionis, sunt patriæ, id est [a] Scythotrogorum, item patria [b] Campi-Campanidon, nec non [c] Getho-Githorum; [d] Sugdabon, [e] Fanaguron, [f] Paludis Mæotidon. Quæ Mæotida regio, [g] Velsini; hoc loco nominata est. Quæ tamen, dum satis spatiosa existit, usque ad præfatam Bosphoranam patriam, pertingit. Nec non juxta regionem Mæotida, est patria maxima; quæ dicitur [h] Dardania. Quæ diversæ patriæ, usque ad mare Ponticum pertingunt; quarum multi fuerunt ad-

[a] Scytharum tot sunt apud scriptores genera, ut mirum videri non debeat, si illi à ceteris minime memorentur, varios enim enumerant varii.

[b] Horum etiam mihi nullibi occurrit mentio. In Peuting. tab tamen *Campus flu. vius* & *Campanis palus* juxtà septentrionalem Oceanum depinguntur. Quin autem hinc dicti fuerint *Campi Campanides*, nullatenus dubitandum.

[c] Num Γύτωνες? de quibus hæc Ptolem. Παρὰ τὸν Οὐϊστούλαν ποταμὸν ὑπὸ τοὺς Οὐενέδας Γύθωνες.

[d] Si vitio locus caret, quæ sit gens illa nescio, fateor.

[e] A *Phanagoria* ad Bosphorum Cimmerium urbe, sic dictos par est credere.

[f] Iidem populi sunt, qui ab aliis *Maotæ* vocantur.

[g] Verbo huic auctoritatem, ex nullo alio scriptore, comparare valui.

[h] Dardaniam nobis loquuntur plerique geographorum, sed ejus fines & situm vage admodum designant. Eam à Ponto Euxino plurimum removet Ptolemæus; quatuor ei tantum urbes assignat, situmque inter Mysiam superiorem, Scardum montem & Dalmatiæ partem extremam. Obscure de ea ceteri. Fines ejus noster Anonymus longius producere, alibique ut ita dicam statuere, urbes plurimas attribuere videtur.

mihi ſupra ſcriptus Jordanis ſapientiſſimus coſmographus. Item fluvius [a] Maruſcus.

VI. Iterum juxta mare magnum eſt patria, quæ dicitur Thracia. Cujus patriæ plurimi deſcriptores fuerunt philoſophi. Ex quibus ego legi præfatum miſerrimum Porphyrium, nec non Libanium Græcorum philoſophos. Sed & alius dixit aliter; alius verò alio modo. Ego autem ſecundum præfatum Libanium inferius dictas civitates Thraciæ nominavi. In qua Thracia plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt circa litora maris Conſtantinopolis nobiliſſima, [b] Sycas, [c] Timea, [d] Filias, [e] Scylias, [f] Burticum, [g] Thera, Apollonia, Anchialis,

[a] *Marus* & *Duria* vocatur à Plinio, à Strabone *Μάρισος*.

[b] *Συκαί* Conſtantinopoleos tertia decima regio, potius quam urbs diverſa, nunc *Pera* appellatur. De ea ſi plura cupis, adi Conſtantinopolim Chriſtianam viri omni famæ ſuperioris Caroli du Freſne D. Du Cange lib. 1. c. 22.

[c] *Thimea* Peutinger. tab. XII. mill. à præcedenti.

[d] *Phileas* urbs eſt Melæ, promontorium autem Ptolemæo, ad Pontum Euxinum. In Peutinger. tab. à *Thimea* *Philas* milliaria XX. ſunt.

[e] *Scyllam* Peut. tab. XII. milliari ultra *Philas*.

[f] *Περιστικόν* Ptolem. crederem eſſe, ni *Buatico* legeretur in Peuting. tab.

[g] Peuting. tab. ſola cum noſtro Anonymo, hanc & præcedentium aliquot memorat.

chialis, Meſembria, [a] Erete, Oduſſos, Dionyſopolis, [b] Bizoi, [c] Timum, [d] Tiriſſa, [e] Callatis, [f] Stratonis, Tomis, Iſtriopolis. Hæ civitates litus maris Pontici ſunt. Item juxta præfatam nobiliſſimam Conſtantinopolim, litus [g] Mariſelli, eſt civitas quæ dicitur [h] Regium, item Heraclia Perinthon. Item Eraclia, [i] Macrotycios, [k] Leuce, Seſtus, [l] Cela, [m] Calipolis, Afrodiſia, [n] Apris, [o] Syraſcele,

[a] Ita legitur & in Peuting. tab. & iterum in noſtro Periplo. Ceteris urbs incognita, niſi ſit *Ariſtæum* Plinii, id quod ſuſpicor, licet alteratum maxime nomen videatur.

[b] Βίζυς Arriano, Βιζώνη Straboni, Βιζύη Conſtantin. Porphyrogen. *Bihone* Peutinger. tab.

[c] Oppidum antea nulli memoratum. Cetera, cum eorumdem ab invicem diſtantiis, in Peut. tab. reperies.

[d] Τιρίστρια promontorium Ptolem. Τετρισία Arriano, *Tiriſtris* Melæ. *Triſſa* Peutinger. tab.

[e] *Calatis* cum unico L. Plinio, Ammiano, Straboni: cum Anonymo noſtro concordant Scylax, Peuting. tabula, nummi, &c. Κάλατις ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου Stephano dicitur.

[f] *Stratonis* urbs in ſola Peut. tab. comparet.

[g] Hoc verbo, quod apud nullos ſcriptores deprehendere valui, intellige Propontida.

[h] Sic legunt tab. Peuting. & Periplus noſter, Procopius vero lib. 4. Ædificiorum, cum aſpiratione *Rhegium*, in nonnullis ſaltem codicibus.

[i] *Macron Tichos* Plinio. Id forſan eſt *Eracliæ* adjectivum.

[k] Hujus urbis meminit Demoſthenes, eamque vocat Λευκὴν ἀκτήν.

[l] Κύλλα Ptolemæo Cherſoneſi Thracici oppidum.

[m] Debuit hæc ante Seſtum occurrere.

[n] Θεοδοσιούπολις quoque dicta fuit, teſte Cedreno.

[o] Ita etiam Antoninus & Peuting. tab.

K

[a] Srolanis, Dymis, [b] Trajanopolis, [c] Timpira, Mytoliton, Brendice, [d] Porsulis, Cositon, Topiron, Acontisma. Item juxta suprascriptam civitatem Constantinopolim, commodè ut dicamus, ad Mesogia ipsius patriæ Thraciæ, sunt diversæ civitates, id est [e] Melantiada, [f] Statuas, [g] Cænofrurion, [h] Surallon, Druſipara, Bergulæ, [i] Burtizon. Item sunt juxta supra scriptam civitatem Cænofru-

[a] Tab. Peut. *Zorlanis;* à ceteris omittitur.

[b] Harum urbium distantiam ab invicem, sic metitur Antonini Itinerarium. Ab *Acontisma Topirim* M. P. XVII *Cosintum* XIII. *Porsulis modo Maximianopolis* 23. *Brendicem* XXI. *Milolitum* XII. *Timporum* XVI. *Trajanopolim* IX. *Dymem* XVI. Eodem fere modo legitur & in Peuting. tab. excepto quod *Micolito* pro *Milolito* scribitur.

[c] *Timpora* Antonino. Præferendus tamen mihi videtur noster legendi modus; est enim, ut suspicor, *Tempyra* T. Livii, de qua in Decade 38. Quidam præterea Antonini codices scribunt *Timpiri.*

[d] *Corsulis* legitur in codice nostro, verum *Porsulis* habent Peut. tab. & Antonini codices plerique, licet Surita illos sequatur, qui *Pyrsoalim* exhibent.

[e] *Melantiadis* urbis meminerunt Suidas, Procopius, Agathias, Antoninus & alii ejusdem circiter ævi scriptores, nullus autem veterum. *Melontiana* Peut. tab. XXIV. mill. à *Regio.*

[f] Tab. Peut. *Ad Statuas.* Ceteris incognitus locus.

[g] Id est *Novum castrum;* ita Vopiscus & Cedrenus; ab Eutropio memoratum, fuit ob cædem ibi factam Aureliani Imperatoris.

[h] *Syrallo* Peut. tab Suidæ autem Τουρουλλός, Antonino *Tirallum.*

[i] *Burdidizum* aut *Burtudizon* Antonino, Peut. tab. *Pudiho.*

rion, id eſt civitas quæ dicitur [a] Uſurdas, [b] Dioroe, [c] Tarpudiſon, [d] Debellion, [e] Sadanua, [f] Trupudiſon. Item ſupra ſcriptam civitatem Surallon, eſt civitas quæ dicitur [g] Creon; Item [h] Macabora, [i] Bithena, [k] Zurbis, Plotinopolis. Inter verò Thraciam, vel Macedoniam & Myſiam inferiorem, modo habitant, qui ex ſupraſcripta majore Scythia egreſſi ſunt. Quæ Martianopolis ex Myſia inferiore pertinet, ut teſtatur mihi multoties dictus Jordanis coſmographus, aſſerens quod ipſam Martianopolim civitatem Trajanus Imperator, pro amore Marciæ ſororis ſuæ, ædificaſſet. Per quam Martianopolim medio tranſit

[a] Peuting. tab. *Utſurgas*, xxx. mill. à *Cenopurio*.

[b] Hanc omnes neſciunt.

[c] *Tarpodiſon* Antonino, ceteris incognitus locus.

[d] *Debelium* codicibus nonnullis Antonini. Δεύελτος Ptolemæo eſt.

[e] *Sadame* Antonino.

[f] Lege ut ſupra *Tarpudiſon*. Eſt enim eadem urbs.

[g] *Hiereo* Peut. tab. *Creon* ſcribitur in noſtro codice. Verum ut mutationem hanc unius litterulæ auderem tentare, præter Peutinger. quæ hunc locum, xvi. mill. ſtatuit à *Perinto*, Herodotus auctor fuit. Hic enim in Melpomene Ηραῖον prope Perinthum memorat. Ηραῖον etiam Stephano dicitur πόλις Θράκης.

[h] Peut. tab. *Mocaſura*.

[i] Peut. tab. *Bitenas*. Hic Βίθυαι gentes apud Stephanum, & Βίθυας fluvius apud Appianum in Mitridaticis. Βαθυνίος vocatur à Ptol.

[k] Rectius forſan legitur *Zerinis* in Peuting. tab. Eſt enim, ut videtur Ζηρινία Stephani.

fluvius, qui dicitur [a] Potamia.

VII. Iterum ponuntur Myſiæ duæ, id eſt Inferior & Superior. Quas patrias plurimi deſcripſerunt philoſophi: ex quibus ego legi præfatum miſerrimum Porphyrium, nec non Livanium Græcorum philoſophos; ſed & Caſtorium & Lollianum atque Arbitionem Romanorum philoſophos: ſed non concordarunt æqualiter deſignare ipſas. Ego verò, ſecundum præfatum Livanium, inferius dictas civitates de ſuperius dictis Myſiis nominavi. In qua Myſia plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [b] Bireon, Carſion, Capidava, [c] Sanadapa, Duroſtolon, [d] Tegulitia, [e] Nigrinianis,

a Flumen *in media urbe oritur Potami cognomento.* Hæc Jordanis. Fons erit potius quam fluvius.

b *Bireon*, *Carſion* & *Cappidavam* jam inter Dardaniæ urbes numeravit.

c Inter *Capidavam* & *Doroſtorum*, mediæ interjacent *Axiopolis* & *Sucidava* apud Antoninum, *Sagadava* vero occurrit inter *Doroſtorum* & *Sucidavam* in Peuting. tab. Hinc dubium oritur utrum *Sanadapa*, quam Anonym. noſter exhibet, alia ſit à *Sagadava*.

d *Teglicium* Antonino & Peuting. tab.

e Ita & Peut. tab. *Candidianam* vero urbem hic memorant Antoninus & Notitia dignitatum Rom. Imp. Oppoſitæ prorſus ſignificationis nomina ſunt, ſitus vero aut idem, aut non multum diverſus. Apud Antoninum ſiquidem, *Candidiana* diſtat à *Teglicio* XIII. mill. à *Tranſmariſca* XVI. In Peuting. autem *Nigriniana* XIII. mill. à *Tegulicio*, XII. à *Traſmariſca* diſparantur. Diſtantia igitur à *Tegulicio*, eadẽ utrobique, à *Tranſmariſca* IV. mill. minor in altera.

[a] Stamarifca, [b] Apiaris, [c] Tigris, [d] Piftis, [e] Trimamion, [f] Laton, [g] Nobas Italica. Item ad aliam partem funt civitates, id eft [h] Peratis, Martianopolis, [i] Panufion, [k] Scatras, [l] Carfaleon, [m] Aquifcalidis, [n] Bercamis, [o] Gavilis. Item trans fluvium Danubium funt civitates Myfiæ inferioris, id eft [p] Porolifflos, Cer-

[a] Τρσμαείσκα Ptolem. *Tranfmarifca* Notitiæ dignit. &c.

[b] *Appiaria* Antonino, *Appiaria* Notitiæ dignit. *Appiaris* Peut. tab.

[c] *Tigra* Antonino, *Tegra* Notitiæ dignit. *Tegris* Peut. tab.

[d] *Priftis* Peut. tab. Notit. dignit. *Sexagintaprifta*. Hic Labbeus in variis Lectionibus ad Notitiam, legendum cenfebat: *Armigerorum fexaginta Prifta*. Id certe Peutinger. tab. & Anonymo noftro conveniret; verum apud Antoninum *Exanta priftis*, feu *sexantapriftus* occurrit, ἐξανταπριστὶς apud Nicephorum, ut obfervavit Surita.

[e] Appofite omnino Peut. tabul. *Trimammion* autem, Antoninus & Notitia dignit.

[f] *Latro* Peut. tab. *Latris* Notitiæ dignit.

[g] Peut. *Ad Novas*. Antoninus *Novas leg. I. Italica*. Notitia dignit. *Præfectura legionis I. Italica Novis*.

[h] *Palmatis* habet hic Peut. tab.

[i] *Paniffo* Peut. tab. Plinius & Ptolemæus *Panyfum* fluvium his in partibus ftatuunt. *Pamifus* antea legebatur apud Plinium, verum *Panyfus* reftituit R. P. Harduinus.

[k] *Scatrix* apud Antoninum, in nonnullis faltem codicibus, nam ut plurimum fcribitur *Soatris*.

[l] *Carfaleon* nullus alius exhibet.

[m] In Peut. tab. *Aqua Calida* illæ XII. milliari ab Anchiali ftatuuntur.

[n] *Bercamis* à ceteris prætermittitur.

[o] *Cabilis* Peut. tab.

[p] *Porolifflus* & *Certie* jam inter Dardaniæ oppida comparuerunt.

tie, [a] Lagiana, Optaciana, [b] Macedonica, [c] Napoca, [d] Patabiſſa, [e] Salinis, [f] Brutia, [g] Apulon, [h] Sacidaba, [i] Cedonia, [k] Capiſtenarum, [l] Betere, [m] Aluti, [n] Romulas. Item juxta Cedoniam eſt civitas, quæ dicitur [o] Burcicum, [p] Blandiana, [q] Germigera, [r] Petris, Aquas, [ſ] Sarmazege, [t] Agmonia,

[a] *Largiana* Peut. tab. ceteri eam ignorant, ut & *Optatianam*.

[b] Ceteris omnibus incognita.

[c] Νάπουκα ex Ptolemæo ad Daciam pertinuit, ut etiam quæ præcedunt & quæ ſequuntur: Myſias enim ultra Danubium non extendit Ptolemæus.

[d] Πατρύισα Ptolemæo, Peut. tab. etiam *Pataviſſa* XXIV. mill. à *Napoca*.

[e] Ptolemæo notæ *Salinæ* illæ; XII. mill. à præcedenti loco diſtant ex Peut. tab.

[f] *Bruda* Peut. tab. XII. mill. ab ea, quæ ſequitur.

[g] Olim Romana colonia, nunc *Alba Julia* vocatur.

[h] Peuting. tab. *Acidava*. Non videtur eſſe *Scaidava* Anton.

[i] *Cedonia* Peut. tab. Alibi nihil de illa.

[k] Tab. Peut. *Stenarum*, quis deficiat, quis vero exuberet, nemo indicat.

[l] *Ponte vetere* Peut. tab.

[m] Pro *Ponte Aluti*, de quo tab. Peuting. Ἀλοῦτα fluvius eſt Ptolemæo Daciam interluens.

[n] *Romula* Peuting. tab. Ejuſdem nominis urbs eſt apud Antoninum, ſed in Liburnia, à qua, ut mihi quidem videtur, longe abſumus

[o] Ignotum aliis oppidum.

[p] Hujus mentio in ſolis Peut. tab. eſt.

[p] *Gernuhera* Peuting. tab. Ζεϱμίζιϱγα Ptolem. Daciæ oppidum.

[r] Extra Peuting. tab. & Anonymum noſtrum urbem hanc ne quæſieris, neque proxime ſequentem.

[ſ] Tab. Peut. *Sarmategte*, Ζαρμιγέθουσα & Ζαρμισογέτουσα Ptolemæo. *Zarmigethuſa* Ulpiano titul. 15. de Cenſibus.

[t] Ἀγμωνία Ptolemæo.

[a] Augusti. Item ultra Danubium, juxta civitatem, quam prædiximus [b] Noitalica, est quæ dicitur [c] Dimon. Item Securisca, [d] Ansamon, [e] Bion, [f] Oæcon, [g] Melta, Emon, [h] Pedolanis, [i] Vicolzepeni, [k] Augusti, [l] Regiano, [m] Ciambron, [n] Cumodina, [o] Remotodion, [p] Ratiaris, [q] Malum, [r] Clorticum, Aquas, [s] Clebore, [t] Egeta, [u] Luma,

[a] Tab. Peut. *Ponte Augusti.* Incognitus locus nisi *Trajani pons* sit.

[b] Id est *Ad novas*, ubi legio I. Italica. Danubius urbes sequentes alluit.

[c]. Tab. Peut. *Dinio*, sed mendose, nam Antoninus habet *Dimon.*

[d] Notitia dignitat. Rom. Imp. & Peut. tab. hanc recensent.

[e] *Vton* legunt Antoninus & Notitia, *Vion* autem Peutinger. tab. Hac autem urbe præcedentium situs dinoscitur; fuit enim ad confluentes Danubii & Uti fluminis cujus meminit Plin. lib. 3. S. 29.

[f] Lege *Oescon* cum Notitia, Ptolemæo, Antonino, &c. Est in Triballis. Peut. tab. *Esco.* Nunc *Ischa* in Bulgaria.

[g] Ceteris scriptoribus ignotæ sunt *Melta* & *Emon.*

[h] Tab. Peut. *Pedonianis.*

[i] Forte *Vico Zepenni.* Ubique tamen omittitur.

[k] *Augusta* Antonino, *Augustis* Peut. tab.

[l] Ῥηγίανοι Oesco proximum apud Ptolem.

[m] Κιάμβρος Ptolemæo, *Cebrus* Anton. & lib. Notit. *Camistra* Peut. tab.

[n] Tab. Peut. *Pomodiana.*

[o] *Remedodia* in Peut. tab.

[p] *Ratiarna* forsan Moesiæ urbs, de qua histor. Miscel. lib. 7. Ρατιαρία vocatur in excerptis ex Prisco.

[q] Tab. Peut. *Ad Malum.*

[r] *Dorticum* Antonino, Peuting. tab. Ptolemæo, &c.

[s] *Clevora* Peut. tab. alibi non reperitur, ut & ex præcedentibus nonnullæ, quarum tamen situs ad Danubium manifestus est.

[t] Εγητα Ptol. ceteris *Egeta*, vel *Ægeta.*

[u] Tab. Peut. *Una.*

[a] Gerblatis, [b] Tabatis, [c] Scrofulas, [d] Novas, [e] Vico Cuppæ, Punicum. Item juxta [f] civitatem quam prædiximus Cavilis, est civitas, quæ dicitur [g] Beroe, [h] Ranilum, [i] Filippolis, [k] Zirmis, [l] Ege-

a Antonino, Libro Notit. Peut. tab *Gerulatis.*

[b] Ταυάτις Ptolemæo, Peuting. tab. *Filiatis.*

[c] *Ad Scrofulas* Peut. tab.

[d] Urbs hæc ab alia ejusdem nominis, quæ item extat in Mœsia, distinguitur per *Eustesium* cognomen, ut auctor est Jordanis c. 18.

[e] Antoninus Vici nomen omittit, non autem Peuting. tab. quæ sola etiam *Punicum* memorat, & urbium illarum sic metitur distantiam. *Ad Novas Dinio* (*Dimon* est in nostro codice) milliatia XVI. *Securispa* XIII. *Anasamo* XVII. *Vio* IX. *Esco* XIV. *Pedonianis* XI. *Augustis* XX. *Camistro* (*Ciambron* nostrum est) VI. *Pomodiana* IX. *Almo* IX. *Remedodia* IV. *Ratiaris* XII. *Ad Malum* XVI. *Dortico* XXV. *Ad aquas* XXIV. *Clevora* IX. *Egeta* IX. *Vaam* VI. *Gerulatis* VI. *Faliatis* VIII. *Ad Scrofulas* XV. *Ad novas* X. *Vico cuppe* XII. *Punicum* XI. *Viminatio* XIII. Ambiguum tamen est utrum *Lederata* media non occurrat inter *Viminatium* & *Punicum.*

[f] Id est XII. mill. ex Peuting tab.

[g] Peut. tab. *Berone*, *Biroe* Antonino, *Bireo* forsan Notitiæ dignit. ubi *cuneus equitum Stablesianorum, sub dispositione .... Ducis Scythiæ.*

[h] In Peut tab. sola memoratur & statuitur XXXVI. milliari à *Berone*; à sequenti autem XXVII.

[i] Mendose Peut. tab. *Phinipopolis. Philippopolis* Antonino. Plinio lib. 4. sect. 18. *Sub Rhodope Poneropolis antea, mox à conditore Philippopolis, nunc à situ Trimontium.* Notitiæ episcopatuum Græcorum inter urbes quæ nomen ultimo mutaverunt Ροδόπη ἡ Φιλιππούπολις. Nunc etiam *Philippopoli* vocatur.

[k] *Zyrmis* Peut. tab. *Sirmium* ceteris. *Zirmisch* hactenus nuncupatur.

[l] Peuting. tab. *Egirca* XIV. mill. à *Zyrmis.*

ricam, [a] Sparthon, [b] Conbusticia, [c] Sertica, [d] Timacon, [e] Meldi, [f] Turribus, Thimacon, [g] Romessiana, [h] Nayson, [i] Crambrianis, [k] Ponpegis, [l] Dasmiani, Horea Margi, [m] Pago. Per quas utrasque Mysias transeunt plurima flumina, inter cetera fluvius, qui dicitur [n] Jatrum.

VIII. Item juxta secundam Mysiam ponuntur patriæ duæ, quæ dicun-

[a] Peut. tab. *Sarto* xx. mill. à *Sertica*, seu *Serdica*. Num Ταρσὸν urbs Sirmio vicina apud Ptolemæum?

[b] *Combustica* Peuting. tab. inter *Ratiarim* & *Timacum minus*.

[c] *Serdica* ceteris, una excepta Peut. tab.

[d] *Timachus* fluvius Dardanos irrigans à Plinio memoratur; à Ptolemæo Τίμαχον Mœsiæ superioris oppidum. Peut. tab. *Timacum* duplex est, minus unum, majus dictum alterum. Decem milliaribus ab invicem disparantur; majus vero XXVII. à *Naisso* ex eadem Peut. tab.

[e] Antonino *Meldia*, *Meldiis* Peut. tab.

[f] *Turris* Antonino, *Turribus* etiam Peuting. tab. & Itiner. Jeros.

[g] Peuting. tab. *Romesiana*, Antonino *Remisiana* aut *Remissiana*, utrobique xxv. mill. à *Naisso*. *Romatiana dicitur Latinis scriptoribus Gennadio & Martyrologiis*, inquit Holsten. in Annotat. de Patriarch. Romano.

[h] Id est *Naissus* Constantini Magni patria. Ναισσὸς apud Ptolem. in Dardania.

[i] Peut. tab. *Granirianis* XIII. mill. à *Naisso*. *Cimbriana* forsan Antonino & Notitiæ dignitat.

[k] *Pompeia* Antonino, Peutinger. tab. *Præsidium Pompei*: *Ipompeis* Itiner. Jeros.

[l] *Dasmuni præsidium* Peutinger. tab. xv. mill. à præcedenti, XVII. ab oppido dicto *Horrea margi*.

[m] *Pago Jovis* Peut. tab.

[n] De hoc fluvio Jordanis cap. 18. *Nicopolim accedit, qua juxta Iatrum fluvium est constituta notissima*, &c.

tur Epiros, [a] Pelagonia. Quas patrias plures deſcripſerunt philoſophi; ſed ego ſecundum Ariſtarchum Græcorum philoſophum, eas nominavi; inter quas urbes aliquantas deſignare volumus, id eſt Delfi, [b] Evenos, [c] Actia Nicopolis, [d] Botaroto, [e] Pœnice. Per quam patriam tranſeunt plurima flumina, [f] Calydon, Evenos, & [g] Achyloys.

IX. Item juxta ipſam regionem Epyros, eſt patria famoſiſſima, quæ dicitur Macedonia; cujus patriæ plurimi ſcriptores extiterunt philoſophi, ex quibus

a *Pelagonia* Epyri regio parva eſt, quæ ex tribus urbibus, quibus conſtabat, Tripolitidis tulit cognomentum, ut auctor eſt Strabo lib. 7.

b *Εὔηνος* qui & *Λύκορμας* Straboni, Apollodoro, &c. fluvius eſt *Euvenos* Peuting. tab. dictus. *Evenum* habet etiam Antoninus ſine adjunctis, adeò ut de oppido potius quam de flumine dictum videatur.

c Locus Octaviani Cæſaris victoria de Marco-Antonino & Cleopatra celeberrimus. In Notitiis epiſcopatuum Græcorum, inter oppida, quorum nomen ultimo mutatum aſſeritur: *Νικόπολις ἡ νῦν Πρέβεζα*. Hodie *la Preveſa*, noviſſimis his annis à Venetis expugnata.

d *Colonia Buthrotum* Plin. lib. 4. ſect. 1. *Βουθρωτὸν* Straboni lib. 7. Mendoſe *Rutharoto* Peut. tab. nunc *Butrinto* nuncupatur.

e *Phœnice* Livio & Peut. tab. *Φοινίκη* Polybio, &c. *Pœnice* tamen in nonnullis Antonini codicibus ſcribitur.

f Erravit Niger cum Acheloüm flumen, Calydona etiam vocatum aſſerit; Hinc ſiquidem diverſa eſſe flumina manifeſtum eſt.

g *Ἀχελῷος* Straboni. *Acieloüm* Peut. tab.

ego legi prænominatum Livanium, Hylas & Ariſtarchum Græcorum philoſophos, ſed & multoties dictum Caſtorium & Lolianum atque Arbitionem Romanorum philoſophos: ſed non æqualiter ipſam deſignaverunt patriam, alius dixit aliter, alius verò alio modo. Sed ego ſecundum præfatum Ariſtarchum, inferius dictas civitates ejuſdem Macedoniæ deſignavi. In qua Macedonia plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt juxta mare magnum ponitur civitas, quæ dicitur [a] Neapolis. Item Philippi, Amphipolis, Apollonia, [b] Meliſurgi, Theſſalonici, [c] Pella, [d] Beroea, [e] Acedos,

[a] Ptolemæo Νεάπολις in Edonide πρὸς τῷ Στρυμονικῷ κόλπῳ: memoratur etiam ab Antonino & à Peuting. tab.

[b] *Meliſſurgis* Antonino & Peut. tab. locus eſt ſuperioris ævi ſcriptoribus incognitus.

[c] Urbs *unde fuit Alexander Magnus Macedo*, inquit Itinerarium Jeroſoloymitan. Nunc Τὰ παλατίζια, ſeu *Parva palatia*.

[d] Hanc Cedrenus ad annum 5. Conſtantini Irenæ filii, pag. 474. ut ab aliis ejuſdem nominis diſtinguat, *Berrhœam* apud Theſſalonicam vocat: Τὴν ἐν Θεσσαλονίκῃ, inquit, Βέρροιαν ἐκπισε (Εἰρήνη) Βιρηνόπολιν μετονομάζασα.

[e] Peuting. tab. & Periplo noſtro *Acerdos*. A ceteris prætermittitur cum his, quæ ſequuntur; *Arulos* ſcilicet, *Bada* & *Anamon*, quarum in eadem Peuting. tab. ſitus ita indicatur. A *Theſſalonica Pellam* mill. XXVII. *Beroea* XXX. *Acerdos* XII. *Arulos* XV. *Bada* XX. *Anamon* VII. *Hatera* XII. *Bivin* XII. *Sabatium* XII. *Stenas* XV. *Olympum* X. *Lariſſa* XV.

Arulos, Bada, Anamon, [a] Imera, [b] Dium, [c] Sabatum, [d] Stenas, [e] Thuris, Olympius, [f] Præsidium, [g] Licinium, [h] Ponservili, [i] Candura, [k] Duriana. Item ad aliam partem, in ipsa Macedonia, sunt civitates, quæ dicuntur [l] Trillon, [m] Iten-

[a] Utrum eadem sit, quæ *Hatera* Peutinger. tab. non omnino perspicuum: eumdem certe situm videtur occupare.

[b] Mendose *Bivin* scribitur in Peuting. tab. *Dium* enim est etiam Antonino, Ptolemæo Δῖον κολώνια, Pieriæ urbs maritima.

[c] In Peut. tab. *Sabatium* scribitur; in Periplo nostro *Sabacion*.

[d] Forsan montium fauces sunt, potius quam oppidum: Στενοὺς enim loca illa Græci nuncupant.

[e] *Turris* forsan. In Periplo nostro *Turristi*.

[f] Locum hunc ceteri omnes neglexere.

[g] Huc mendum suspicor irrepsisse, legique debere *Lienidum*. Hic enim Peut. tab. *Lignido oppidum* exhibet ad oram lacus cognominis, qui à Nicephoro Callixt. *Dassarites* & *Lychnedus* vocatur, à Turcis *Guistandel*, Λυχνίδος à Stephano, à Polybio Λυχνίδία, &c. Urbem etiam memorant Antoninus, Ptolemæus & *Stephanus* Illyrico eam hic attribuit, ille vero Macedoniæ. Fuit sedes episcopalis, Antonius enim *Lychnidensis* episcopus damnationi Flaviani subscripsit, & Gelasii extat epistola ad Laurentium *Lygnidi* episcopum.

[h] Peut. tab. *Pons Servili* VIII. mill. à *Lignido*.

[i] *In Candabia* Peut. tab. XIX. mill. ultra *Pontem Servili*.

[k] *Duriana* situm occupare videtur in Peut. tab. locus dictus *Ad Dianam* IX. mill. à præcedenti.

[l] Peut. tab. *Trinlo* X. mill. à *Philippis* in Macedonia.

[m] Lege *Item Grero*. Est enim in Peut. tab. *Graero* urbs posita XVII. mill. à *Trinlo*, VIII. ab *Euporea*, eumdemque circiter situm mihi videtur occupare, quem Γάζωρος Ptolemæo: sed nec etiam plurimum nomina discrepant.

greron, [a] Arafon, Euporia, [b] Eraclia Xantica, [c] Callicum, [d] Tauriana, Idomenia, [e] Stenas, [f] Afigonia, [g] Edeffa, [h] Gellis, [i] Eurifton, [k] Ceraune, [l] Iftuba, Heraclea, [m] Nicea, [n] Præfidium, Fines. Item, non longè ad fuprafcriptam Theffalonicam funt civitates, id

[a] Locum hunc omittit etiam Peut. tab. Non procul hinc ftabat olim *Aloros* oppidum, de quo Plinius, Stephanus & Ptolem.

[b] Ηϱάκλεια Σιντικὴ Ptolem. *Heraclea Santica* Peut. tab.

[c] Peut. tab. *Gallicum* XVI. milliar. à *Theffalonica*. Forte Γαϱίσκος Orbiliæ regionis urbs Ptolemæo, unde dicti *Garefci* Plinio lib. 4. fect. 17.

[d] Ex Peuting. tab. fola cognitum hactenus oppidum XVII. mill. à *Gallico*, XX. ab *Idomenia*

[e] Locus diverfus ab eo, de quo paulo fupra. Peut. tab. *Stenas*, mendofe ni fallor. Diftat XII. mill. ab *Idomenia*, XI. ab *Antigonia*.

[f] Lege *Antigonia*.

[g] Αἴδεσσα Ptolem. & appendici Conftant. Porphyrogen. *Edeffa* Peutinger. tab. XLV. milliar. à *Pella*.

[h] Diftat à præcedenti XLV. mil. ex Peutinger. tab. ex Antonino autem XXVIII. dumtaxat, ex Itiner. Jerof. XXVI. Κέλλη vocatur à Conftant. Porphyrogen. lib. 2. de Them. Them. 2.

[i] Ex Peut. tab. XII. mill. diftat à *Stopis*, qui locus Plinio & aliis *Stobi* dicitur. Hinc arguo eamdem urbem effe, quæ Ptolemæo Ανδάϱιστος in Pelagonia, unde dicti *Audariftenfes* Plinio.

[k] *Ceramia* Peut. tab. XXIV. mill. ab *Euristo*.

[l] *Iftuba* nullibi occurrit. *Stobi* vero non procul hinc ftabant, *Aftibo* quoque ex Peuting. tab. *Iftuba* tamen, cum inter Ceramias & Heracleam illam, quæ ad Lyncestidem pertinebat, hic ftatuatur, à *Stobis* & ab *Aftibo* diverfa poteft facili negotio exiftimari.

[m] In Peuting. tab. & apud Antoninum *Nicea* XI. milliaribus diftat ab *Apollonia*.

[n] *Præfidium* & *Fines* foli Peut. tab. memorantur.

est [a] Ceras, [b] Europa, Mediana, Petina, Bereum, Quesiun. Per quam patriam plurima transeunt flumina, inter cetera.....

X. Item juxta mare magnum adscribitur patria, quæ dicitur [c] Ellas, Thessaliæ, [d] Thiris & [e] Strimon, quæ conjungitur cum suprascripta Macedonia. Quam Ellada suprascripti philosophi, qui eamdem Macedoniam, descripserunt: sed ego secundum præfatum Aristarchum Græcorum philosophum, inferius dictas civitates ejusdem Elladis designa-

a Loco hoc ex Jordanis cap. 56. deprompto sequentes urbes illustrantur. *Theodemir ... egrediens Naissitanam urbem ... Thessalonicam petiit, in qua Clarianus patricius .... cum exercitu morabatur. Qui dum videret vallo muniri Thessalonicam, nec se eorum conatibus posse resistere ... inito fœdere .... cum Gothis, loca eis jam sponte, quæ incolerent tradidit, id est Ceropellas, Europam, Medianam, Petinam, Bereum & alia quæ Sium vocantur. .. Nec diu post hæc rex Theodemir, in civitate Cerris ... rebus humanis excessit.*

[b] An Εὔρωπος urbs? quam Const. Porphyrogen. lib. 2. de Them. Them. 2. inter Πέλλην & Δῖον memorat. Hoc facilius crediderim, quod *Cerope'las* eamdem esse cum *Pella*, aut ipsi certe proximam fuisse, ex ultima dictionis parte auguror.

[c] *Eladis*, seu *Helladis* vocabulum, aliquando pro Græcia integra usurpatur, aliquando vero pro Achaïa veteri, quæ hic una cum Thessalia describitur.

[d] Nihil hic dicere valeo, auctoritasque omnisque deficit.

[e] *Sthrymoniacum* Sinum apud Ptolemæum novi equidem; sed Macedonia tota, quanta est, inter ipsum & Thessaliam interjacet.

vi. In qua Ellade plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibús aliquantas deſignare volumus, id eſt [a] Pyreon, Athenas, Eleuſinæ, Megaræ, [b] Pache, Creuſe, [c] Antheon, [d] Anticera, [e] Evantia, [f] Naupactos. Item ad aliam partem, juxta ſupraſcriptam civitatem Eleuſinam, ponitur civitas, quæ dicitur Platææ, [g] Tepias, [h] Chronias, Cheronia, Elatia, [i] Scarpia, Thermopylæ, [k] Tapedon, Pharſalos, [l] Palfari, [m] Granona, [n] Lin.

XI. Iterum ad ſeptentrionalem, juxta Oceanum, nominatur patria Sarmatorum, quæ cònfinalis exiſtit cum præ-

[a] *Pireon* ſcribi debet, licet *Pyreo* habeat & Peuting. tab.

[b] Sic etiam ſeribit Peut. tabula. Eſt tamen Plinio ni fallor, urbs dicta *Paga*, Ptolemæo autem Πηγαί in Achaïa.

[c] In Periplo noſtro ſcribitur *Anthedon* Ανθηδὼν quidem eſt Ptolem. ſed in Bœotia, & procul hinc.

[d] Αντίκυῤῥα Ptolem. Αντίκυρη Herodoto, lege Anticirra cum Peut. tab.

[e] Εὐάνθια Ptolem. *Evanthia* Peut. tab. xv. mill. ab *Anticirra*.

[f] Hodie *Lepante*.

[g] Θεσπιαί Ptolemæo.

[h] Peuting. tab. abſque aſpiratione *Cronias*. Κερώνεια Bœotiæ eſt Ptolemæo.

[i] Σκάρφεια Ptolemæo, Porphyrogenitæ, & aliis. *Scarpias* tamen legit & Peuting. tab.

[k] Peuting. tab. aſpirat. legitque *Thapedon*. Locus eſt ceteris incognitus.

[l] *Falera* Peuting. tab. *Falaphari* noſtro Periplo; à ceteris prætermittitur

[m] *Grannona* Periplo noſtro & Peuting. tab. aliis incognita.

[n] Suſpecta omnino vox, vel ſaltem truncata.

nominata Roxolanis. Cujus patriæ multi fuerunt deſcriptores philoſophi. Ex quibus ego legi Ptolemeum Regem Ægyptiorum ex ſtirpe Macedonum, ſed & prænominatum Hylas, atque Sardonium, & prædictum Ariſtarchum Græcorum philoſophos: ſed ego ſecundum Sardonium ipſam Sarmatantis patriam indicavi. Poſtquam patriam, Oceanus innavigabilis eſſe adſcribitur. Ex cujus Sarmatiæ montibus exeunt plurima flumina; Inter cetera unum qui dicitur [a] Bangis, & aliud venit quaſi ad partem Danubii, qui dicitur [b] Appion. Item confinalis eidem Sarmatiæ, juxta Oceanum, ponitur patria, quæ dicitur Scythia, quæ omnino æſtuoſa exiſtit. Quam patriam ſupraſcriptam deſcripſerunt philoſophi, qui & Sarmatiam; ſed ego ſecundum præfatum Sardonium eam nominavi. Poſt quam patriam, & iterum Oceanus innavigabilis eſſe adſcribitur.

XII. Item juxta ipſam Scythiam litus Oceanum, ponitur patria, quæ dicitur Rerefrenorum, & Sirdifenorum. Cujus

a A Plinio & Pomponio Melæ *Buges* vocatur, ut quidem ſuſpicor.

b Hunc fluvium prorſus neſcio nec alicubi reperio.

c Id eſt Fennorum qui curru & Fennorum qui trahis utuntur, ut ſuperius ex Grotio obſervavimus ad paginam 47.

jus patriæ homines, ut ait Aithanarit Gothorum philoſophus, rupes montium habitant, & per venationes, tam viri quam mulieres vivere, cibo vel vino ignari exiſtentes in omnibus. Quæ patria ſuper omnes frigida eſſe adſcribitur.

XIII. Iterum juxta ipſos Serdefennos, litus Oceani, eſt patria, quæ dicitur Dania. Quæ patria, ut ait ſupraſcriptus Aithanaridus, & Eldevaldus & Marcomirus Gothorum philoſophi, ſuper omnes nationes velociſſimos profert homines. Et hoc affati ſunt in ſua problemata: *Laudabatur* [a] *Parſus Marco, dum non noverat Gothos.* Sed ô ubi eſt Danus! Quæ Dania modo [b] Nordmannorum dicitur patria. Quam Daniam plurima tranſeunt flumina, inter cetera, quæ dicitur [c] Lina, quæ in Oceano ingreditur.

XIV. Iterum ad partes quaſi meri-

[a] Perſus forte.

[b] Tum ex præmiſſis, tum etiam ex his, quæ ſequuntur, conficitur, ni fallor, Daniam illam non eam eſſe, quam nos hodie *Danemark* appellamus, verum Ruſſiæ ſeu Moſcoviæ partem, ſaltem aliquam, hoc nomine comprehendi. Neque etiam id Anonymo noſtro ſingulare & proprium, quis credat, Eginhartum enim & alios ejuſdem ævi ſcriptores in eadem ſententia extitiſſe deprehendet, qui eos attente evolverit.

[c] *Dina* ſcribitur inferius.

diem, ut dicamus ad ſpatioſiſſimam terram, ſunt patriæ ſpatioſiſſimæ, quæ dicuntur Datia prima & ſecunda, quæ & Gipidia appellatur, ubi modo * avari & iniqui habitant. Quas utraſque Datias, multi deſcripſerunt philoſophi, ex quibus ego legi Menelac & Ariſtarchum Gothorum philoſophos: ſed ego ſecundum [a] Sardatium ipſas patrias deſignavi. In quas Dacorum patrias, antiquitus plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [b] Drubetis, [c] Medilas, Prætorio, [d] Panonin, [e] Gazanam, [f] Marſclunis, [g] Ti-

* An Avares

[a] Idem mihi videtur eſſe, qui Sardonius ſupra nominatur.

[b] Ex Peutinger. tab. ſitus hujus urbis fuit inter Egetam, ut ibidem ſcribitur, ſeu *Etetam*, ut eſt apud Ptolemæum, & *Amutriam*, ſive Ἀμούτριον Ptolemæi: hinc ſcilicet XXXVI. milliar. illinc XXI. *Drobeta* vocatur in libro Notitiarum, & Ripenſi Daciæ attribuitur.

[c] Peutingeriana tabula *Ad Mediam*, nimirum prope *Prætorium*, cui vicinus eſt locus dictus *Ad Pannonios*. Hinc legendum exiſtimo *Medias*, præpoſitionem *ad* ſi quidem ſæpius negligit noſter Anonymus.

[d] Peuting. tab. *Ad Pannonios*.

[e] *Gaganis* Peut. tab.

[f] *Maſclianis* legitur apud Peutinger. tab. Hanc autem, ut & eas quæ præceſſere, tacuerunt omnes geographi.

[g] *Tiviſco* Peuting. tab. Apud Ptolem. Τίβισκον & Τίβισκον occurrunt his in regionibus. De *Tiriſco*, non autem de *Tibiſco* nunc agi, mea eſt opinio. Locus uterque *Tiviſco* ſcribitur in Peutinger. tab. ubi ille de quo agitur ponitur XIV. mill. à *Maſclianis*, quæ XI. à *Gaganis* diſparantur, hæ vero IX. à *Prætorio*, unde XIV. emenſis *Ad Medias* pervenitur.

bis, qui conjungitur cum civitate Agmonia patriæ Misiæ; Item ad aliam partem, sunt civitates in ipsis Datiis, id est [a] Tivifcum, [b] Gubali, [c] Zizis, [d] Bersovia, [e] Artidaba, [f] Canonia, Pocula, Bacaucis. Per quas Dacorum patrias transeunt plurima flumina, inter cetera, quæ dicuntur [g] Tysia, Tibisia, Drica,

[a] Urbs hæc, Τίβισκον Ptolemæi esse mihi videtur.

[b] Peut. tab. *Caput Bubali*, x. mill. à *Tivisco*.

[c] Αἰζισίς Ptolem. *Ahibis* Peut. tab. III. mill. à præcedenti.

[d] XII. mill. distabat ab *Ahibis* ex Peut. tab. *Berzobis* Prisciano dicitur ex primo Dacicorum Trajani Imperatoris. Porro notionem hanc aliasque non paucas, Ortelio acceptas referre æquum fuerit. Priscianum enim, geographicis pro negotiis, quis alius adiisset?

[e] *Arcidava* Peutingerian. tabul. Ptolem. forsan Ἀρχίδαυα.

[f] Ex oblivione nunc primum emergunt *Canonia*, *Pocula* & *Bacaucis*.

[g] Jordanis cap. 34. verba hæc mutuatur ex Prisco, qui à Theodosio juniore ad Attilam legatus missus fuerat: *Ingentia siquidem flumina; id est Tysiam, Tibisiamque & Driccam transeuntes, venimus in locum*, &c. In excerptis de legationibus, quæ nunc exstant ex eodem Prisco, hæc leguntur: Μέγιστοι μετὰ τὸν Ἴστρον, ὅ τε Δρήκων λεγόμενος, καὶ ὁ Τίγας καὶ ὁ Τιφήσας ἦν. *Maximi post Istrum sunt Drecon dictus, & Tigas & Tiphisas.* Quibus verbis, etiamsi paullum diversis, eadem flumina significari nullus dubito. Erravit ergo Becanus cum legendum esse *Tyras* pro *Dricca* apud Jordanem, suadere tentavit. Idem Jordanis cap. 5. meminit *Tisiani* fluvii, qui *per Aquilonem Scythiæ Corumque discurrit;* quem à Tysia diversum non existimo. Δρίκων etiam in iisdem Prisci excerptis aliquando legitur pro Δρήκων, ut suspicor.

[a] Marisia, Arinc, Gilpit, Gresia. Quæ omnia flumina in Danubio merguntur: nam fluvius [b] Flantasis finit ipsam patriam. Tamen ipsas patrias præfatus Jordanis cosmographus, subtilius exposuit.

XV. Non ultra Danubium, sed quasi ad mare magnum, ponitur patria, quæ dicitur Illyricus, & * quæ à multis philosophis maxime Septentrionalis pars Illyricus adscribitur, tamen hæc patria dicitur pro certo Illyricus. Cujus Illyricæ patriæ plures scriptores philosophi exstiterunt, ex quibus ego legi Provinum, & Marcellum, atque Maximum Romanorum philosophos; sed ego secundum Maximum ejusdem dicti Illyrici civitates designavi. In qua Illyrici patria, plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est [c] Cu-

* Sic

a Ad horum fluviorum illustrationem nihil oportunius, quam locus hic ex ejusdem Jordanis cap. 22. *Quo tempore erant* (Wandali Asdingi) *in eo loco manentes ubi Gepidæ sedent, juxta flumina Marisia, Miliare, Gilfil & Grissia, qui amnes supradictos excedit.* De *Arinc* nihil, immo ejus sedem occupat *Miliare*, mendum ergo huc forte irrepserit, aut certe per *Arinches*, quos Ammianus Marcell. memorat, fluvius ille labatur.

b De *Flantasi* nihil mihi hactenus occurrit.

c *Gurbita* & *Ad Cephalon* scribitur in Peutingeriana tabula, quæ sola urbes has exhibet & eas his situs notis afficit. A *Stobis* Gurbita VIII. milliar. Ad Cephalon XIII.

bita, Ceſſon, [a] Nauſaron, [b] Scupis, [c] Acmeon, [d] Vindiras, [e] Beclano, [f] Theclana, [g] Theranda, [h] Gebulion, [i] Crebenis, [k] Liſſon, [l] Neſi [m] Gloditana. Item in ipſo Illyrico, ad aliam partem juxta mare magnum, ſunt civitates, id eſt [n] Aulona, [o] Abſura, Durachium, [p] Pliſtum, Liſſum. Per quam patriam Illyri-

a *Anauſaro* Peut. tab.

b Σκοῦποι urbs, ad Dardaniam pertinebat olim, ex Ptolemæo. *Scunis* legit Peuting. tab. ſed error eſt haud dubie.

c Vel mons ipſe *Æmus*, ſive *Hæmus*, à quo non procul erat urbs *Scupi*, vel certe juxta ipſum montem oppidum ab aliis omiſſum. Scribendum igitur ſuſpicor *Æmeon*. Tab. Peut. habet *Hammeno* VI. mill. à *Scupis*.

d Lege *Vindenis* cum Peutinger. tab. vel potius *Vendenis*. Eſt enim Ptolemæo Οὐένδενις. Verum Myſiæ ſuperiori illam attribuit. In Peuting XL. mill. ab *Hammeno* diſtat, loco dicto Ad fines medio interpoſito.

e *Viciano* Peutinger. tab. Οὐελλανίς Ptolemæo, item in Myſia ſuperiori. A *Vindenis Viciano* milliar. XIX. *Theranda* XXV. *Gabuleo* XXX. *Creveni* XXVII.

f *Theclanam* neſciunt ceteri.

g Urbs ſoli Peut. tab. cognita.

h *Gabuleo* Peut. tab.

i *Crevenis* ſcribitur in Peuting. tab.

k Hodie *Aleſſio* ad oram maris Adriatici. In Peuting. tab. inter *Liſſum* & *Crevenis* medius inſeritur locus dictus Ad Picaria, qui XXX. mill. diſtat ab utraque.

l Vix crediderim eſſe Νήσοι Ptolemæi, de quo ſupra actum eſt.

m Lege *Clodiana* cum Antonino & Peut. tab.

n Ptolemæo Αὐλὼν πόλις καὶ λιμήν. *Aulona trajectum* Itineri. Jeroſol. Hodie *la Valone*.

o *Apſum* fluvium omnes hic ſtatuunt, noſter etiam Periplus; *Abſuram* urbem nemo alius.

p *Piſtum* Peutinger. tab. XXX. mill. à *Dyrrachio*, XXV. à *Liſſo*.

ci, diverſa tranſeunt flumina, inter cetera, quæ dicuntur Evenus, [a] Acieloüs, [b] Aloſus, [c] Apſys, [d] Geneſis.

XVI. Item ponitur juxta ipſum Illyriacum circa maris litora patria, quæ dicitur Dalmatia, jam ex colpo pertinens occidentali. Dalmatiæ plurimi deſcriptores fuerunt philoſophi, ex quibus ego legi prænominatum Probinum, Marcellum, & Maximum philoſophos, ſed non æqualiter dabant nominandum ipſas Dalmatias. Ego vero ſecundum Maximinum inferius dictas civitates ejuſdem Dalmatiæ nominavi. Attamen Dalmatiæ plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, quæ ponuntur per litus maris, id eſt [e] Burzumi, [f] Aleta, [g] Saluntum, [h] Butua,

[a] Id eſt *Acheloüs*, de quo inſuperioribus.

[b] Ἀῶος Ptolemæo, Ἀλδῶος Appiano 2. civilium.

[c] *Apſus*, de quo ſupra.

[d] T. Livio *Geneſus*, aut certe *Genuſus*. *Geneſis* Peut. tab. quæ ejus oſtium, Dyrrachium inter & Apſum flumen depingit. Hinc manifeſtum fit, recte Ligorium in ſua Græciæ tabula ſubodoratum fuiſſe, eum fluvium qui Ptolemæo Πανύαςος eſt, *Genuſum* à Livio vocari.

[e] *Birziminium* Antonino, *Berſumno* Peuting. tab. XVI. mill. à *Sinna*, quæ XX. à *Scodris* diſparatur.

[f] Ἀλλατα Ptolem. *Alata* Anton. Peut. tab. *Nalato* X. mill. à *Berſumno*, XVIII. à *Sallunto*.

[g] *Salluntum* Antonino & Peut tab.

[h] Nunc etiam *Budoa* nuncupatur.

[a] Decadaron, [b] Bicinium, [c] Rucinium Epitaurum, id est [d] Ragusium, [e] Asamon, [f] Zidion, [g] Pardua id est Stammes, [h] Turres, Narona, [i] Biston, [k] Aronia, id est [l] Mucru, Oneon, [m] Netrate,

[a] Δεκάτερα urbis in Dalmatia mentio occurrit apud Porphyrogenitam, Cedrenum & Curopalat. Ejus situm prius incertum hinc disce, simulque eam esse, quæ hodie *Cataro*, quam tamen Veterum *Ascrivium* prius interpretabantur.

[b] Peut. tab. *Vicinium*, XV. mill. à *Butua*, *Bicinion* scribitur iterum in Periplo nostro. *Olchinium* à Plinio vocatur, Οὐλκίνιον à Ptolem. Hodie *Dulcigno*.

[c] Plinio *Rhizinium*, *Resinum*, Peut. tab. nunc *Risine*.

[d] Verbum hoc observa, & minus recens, quam ab aliquibus existimatur, ex hoc loco disce.

[e] Urbem hanc reperies in Peut. tab. XX. mill. ab *Epidauro*, nullatenus autem apud ceteros.

[f] *Assidium* Periplo nostro, *Adhibio* Peuting. tab. XXVI. mill. ab *Asamo*.

[g] Ex Peut. tab. distat *Pardua* XVI. mill. à præcedenti, & à ceteris tacetur, cognomenque ejus ab omnibus. Hodie, ni fallor, *Stagno* sedes episcopalis in Ragusina ditione.

[h] Inter *Naronam*, quæ hodie *Narenta*, & locum *Ad Turres* dictum, mill. XXII. numerantur in Peut. tab.

[i] Hujus situm obtinere videtur in Peuting. tab. *Bigeste* XIII. mill. à *Narona*. Verum *Biston* iterum scribitur in nostro Periplo & de *Bigiste* inferius agitur.

[k] Peuting. tab. *In Aronia* XII. mill. ab *Oneo*.

[l] Μουκροῦ urbis ad mare in *Pagania*, meminit Constantin. Porphyrogen. de Administrando Imperio cap. 30. Porro, ex eodem Porphyrogen. *Pagania* una erat ex undecim *Zupaniis*, quas Chrobati in Dalmatia constituerant. Procopio lib. 3. de Bello Gothico cap. 35. Μουκοῦρον ἐπιθαλάσσιοι ἀγχιστά τῇ Σαλῶνος ἐστιν. *Muicurum*, *locus maritimus ac proximus Salonis*, Anonymi nostri *Mucru* videtur esse.

[m] *Nerenta* scribitur in Periplo nostro, siletur à Peut. tab. Fluvius *Narenta*, hodie non procul hinc.

[a] Petinitis, Epitio, [b] Umone id eſt Muſaro, Gedate, Spalathion, Salona, [c] Siclis, Tragurion, [d] Bauſiona, id eſt Orido, [e] Prætoriano, Cæſaris, [f] Arauſione, [g] Tabia, Scardona [h] Impletus, [i] Erauſiana, Nedino, [k] Jadera. Item ad aliam partem deſuper, ſunt civitates, id eſt juxta prædictam civitatem Norona, eſt civitas, quæ dicitur [l] Bigeſte, [m] Auſu-

[a] Inter Οιάϊον & Επίτιον, occurrit apud Ptolem. Πεγουώτιον, Plinio *Piguntia*. *Pecuntis* ergo libenter legerem in codice noſtro: nihil hoc vetat, maximaque inter hos characteres ſimilitudo obſervatur.

[b] *Umone*, ſeu *Muſaro*, & *Gedate* à ceteris non memorantur.

[c] In Peut. tab. *Siclis* ſtatuitur v. milliar. à *Tragurio*. VIII. à *Salona*. Videtur eſſe Plinio *Sicum*, Σικοῦ Ptolemæo, ac proinde hinc firmari Harduini conjectura, qua negabat *Setenigo* eſſe *Sicum* Plinii. In Sophiani Græcia, vitioſe ergo poſitum eſt *Sicum* ultra *Tragurium* verſus Iſtriam.

[d] *Bauſiona* cum *Orido* agnomine ubique deſideratur. Ejus circiter ſitum occupat in Peutingerian. tabul. *Lozano*.

[e] Antonino *Pretorium*; *Ad Pretorium* Peut. tab.

[f] *Auraſione* Periplo noſtro, *Arauſa*, ni fallor, Antonino. Non videtur eſſe Ptolemæi Αραυζῶνα. Nomen idem, hodie etiam retinet.

[g] *Tambia* Periplo noſtro. Hanc ceteri prætermittunt.

[h] *Implecus* ſcribitur in Periplo noſtro. A nullo alio memoratur.

[i] *Arauſion* Periplo noſtro: Αραυζῶνα Ptolemæi eſt: *Nedini*, certe cujus etiam Prol. meminit, proximitas id perſuadet. Hodie etiam *Nadin*.

[k] Nunc *Zara* appellatur.

[l] In Peut. tab. XIII. mill. diſtat à *Narona*.

[m] *Ad Fuſciana* Peut. tab. *Auſuſtianas* tamen nobiſcum legit Antoninus.

ſtianis, [a] Novas, [b] Julianum, [c] Tilurion, Ponteluri, [d] Æquon. Item ad aliam partem ſunt civitates [e] Decumin, [f] Endetrio, [g] Magum, [h] Promona, [i] Adriſe, [k] Arberie, [l] Seriem, [m] Crambeis, Nedino. Item juxta Burzumum eſt civitas,

a *Ad Novas* eidem Peutinger. tab. IX. mill. à præcedenti.

[b] Hujus urbis perierat memoria, auctor noſter ſi periiſſet.

[c] Ex Peut. tab. quæ ſola hanc exhibet, diſtabat à *Salona* XVI. mill. *Pons Tiluri* eumdem ſitum occupat apud Antoninum: noſter tamen Anonymus *Tilurion* diſtinguit à *Ponte Tiluri*, quem corrupte *Ponteluri* appellat. In Lucii tabula tertia Dalmatica, quæ præponitur hiſtoriæ de regno Dalmatiæ & Croatiæ, hujus fluminis curſum poteris obſervare.

[d] Αἰκοῦον κολωνία Ptolem. Peutinger. tabul. & Antoninus *Æquon* etiam ſcribunt.

[e] Num potius *Decunim*? Ex Plinio enim lib. 3. ſect. 26. *Decuni* Salonitano foro diſceptantes populi ſunt.

[f] Ανδέκριον Ptolem. *Andetrium* Plinio & veteri inſcriptioni à Sponio laudatæ. Nunc *Cliſſa* vocatur, ut ex eodem marmore probat Sponius in ſuo Itinere Dalmatico. *Andretio* ſcribitur in Peut. tab.

[g] Peutinger. tabul. *Magnum* XIV. milliar. ab *Andretio*, VIII. à *Promona*, quæ Appiano Liburnorum urbs eſt.

[h] *Promona* Appiano Liburnorum urbs eſt. In Peutingeriana tabula media ſtatuitur, inter *Magnum* & *Burnum*, hinc XVI. mill. illinc VIII.

[i] Locus ceteris incognitus.

[k] Peuting. tab. *In Alperio* locum memorat nuncupatum, ſed plùs æquo mihi videtur ab hac urbe, in ſitu ſaltem, diſtare.

[l] Peut. tab. *Aſerie* XII. mill. à *Nedino*.

[m] Peutinger. tab *Clambetis*, XVI. milliari ab *Auſancalione*.

quæ dicitur [a] Medione, [b] Auderba, [c] Ausustis, Emanio, Sarsiteron, [d] Bistue-betus, [e] Montebulsi, [f] Libros, [g] Orbam, [h] Naurtio, [i] Epilentio, [k] Novas. [Per quas] Dalmatias transeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur [l] Salon, [m] Margus, [n] Drinius, [o] Trinis, [p] Narenum.

[a] Hodie forsan *Medon* urbs proxima lacui dicto de *Scutari*: *Labeatium* urbs hæc vocatur à T. Livio, lib. 36. & 44. *Labeates* autem populi, quos Plinius lib. 3. cap. 26. *Labeatas* vocat, Lisso vicini erant, ut nihil amplius dicam: nam *Lissum* oppidum erat forsan in *Labeatibus*; Gentius enim qui *Labeatium* rex fuit, ex T. Livio lib. 43. Lissi regnabat ex Polybio in excerptis, cap. 76. Ad hæc Μεδίων πόλις Ætoliæ assignatur à Stephano, & tamen ab Ætolis Lisso erat remotior. Id conficitur ex Peut. tab. in qua *Lissum* inter & *Burzumum Drilo* fluvius depingitur. Porro *Medionem* urbem ultra *Burzumum* versus Istriam stetisse ex nostro Anonymo conficies. Hæc dicta fuerint in gratiam *Labeatium*, quorum situs obscurus hactenus fuit.

[b] *Sanderva* Peut. tab. distat ab *Nalato*, quæ est Ptol. Ἀλῶπα, XXIX. mill. *Sallunto* & *Varis* intermediis.

[c] De *Ausustis*, *Emanio* & *Sarsiteron*, nihil omnino apud ceteros.

[d] *Bistue vetus* Peut. tab. cui etiam alia est *Bistue nova* nuncupata.

[e] *In monte Bulsinio* Peut. tab.

[f] *Ad Libros* Peuting. tab. XXII. mill. à *Tilurio* ex una parte, ex altera à *Monte Bulsinio*.

[g] Locus antea incognitus.

[h] A ceteris omittitur.

[i] Non videtur stetisse procul ab *Epetio*, à quo tamen diversum esse opinor, licet *Epilentium* omnes taceant.

[k] Locus idem, de quo in superioribus.

[l] Hujus fluvii solus ex antiquis meminit Plinius.

[m] Fluvius hic Mœsiam interluit non Dalmatiam.

[n] Δρεῖνος Ptolem. Plinio *Drinium*.

[o] Incognitum fluvii nomen.

[p] Ceteris *Naron*.

XVII. Confinalis prænominatæ [a] Daniæ eſt patria, quæ nominatur Dania, quæ antiquitus & ipſa ex [b] Dania pertinere, dicebatur. Quæ patria, ut ait Marcus-Mirus Gothorum philoſophus, doctiſſimos quidem proferre homines & audaces, ſed non ſic veloces, ut ſunt Dani, qui juxta [c] Dina fluvium. Per quam [d] Saxoniam plurima tranſeunt flumina, inter cetera quæ dicuntur [e] Lamizon, [f] Ipada, Lippa, [g] Linac.

XVIII. Item ad partem quaſi Meridianam, quo ſpatioſiſſima dicatur ter-

[a] *Lege* Daciæ.

[b] Non proprius error Anonymo noſtro, nam *Danos cum Dacis ſæpe numero video confundi*, inquit Ortelius. Sed & Theſaurus Linguæ Latinæ hæc habet: *Dani popul: Germaniæ nunc Daci dicti. Sipontinus.*

[c] *Lina* legebatur ſuperius ad pag. 161. ut quidem mihi videtur. Qui nam vero legendi modus ſincerior ſit, veterum nullus nos docet, ſed nec recentiorum aliquis.

[d] Vel Saxoniam cum Dania confundit, vel ſupra ſcribi debebat Saxonia, ubi Dania legitur, vel hic viciſſim.

[e] *Amiſon* forſitan, fluvius, hodie *Amiſia*, ſive *Aems* vocatus. Ἀμάσιος appellatur à Ptolemæo, *Amiſius* à Pomponio & Plinio. Ἀμασίας à Strabone, à Tacito *Amiſia.*

[f] Ex fluminibus his, ſola *Lippa* non incognita hactenus manſit. Apud veteres auctores ſcribitur *Luppia* quandoque, aliquando vero *Luppia.*

[g] Si hic idem ſit, qui ſuperius ad pag. 161. *Lina* dicitur, ut quis ſuſpicaretur non immerito, & *Dina* de quo mox egimus, diverſus fluvius non eſſet, *Linα* ubique legere ſuadeiem.

ra, eſt patria quæ dicitur [f]Albis... Ungani montuoſa per longum, quæ ad Orientem multum extenditur, cujus aliqua pars Baias dicitur. Prænominata Albis patria, ſecundum præfatum Marcum Mirum philoſophum, qui Saxoniam deſcribit, deſignavimus. Hæc patria habet non modica flumina, inter cetera fluvius grandis, qui dicitur Albis, & [g] Bi-

[f] Lego ut ſuperius pag. 25. *Albis Morungani.* Qui autem ſint illi *Morungani*, ex eodem loco diſces. Præterea non omittendus hic locus ex Saxonis Grammatici hiſtor. Danicæ lib. 8. pag. mihi 144. ***Primum itaque Blekingiam advecti, ac deinde Moringiam praternavigantes, ad Gutlandiam ſe appulerunt.*** Ut tamen, quod eſt fateor, Moringia illa, de qua Saxo Grammaticus, intra Scandinaviæ fines videtur concluſa; quod de noſtra verum non eſt. Neque etiam affirmare audeam *Albam* regionem, de qua apud Conſtantin. Porphyrogenit. ſæpius, eamdem eſſe, quæ *Albis Maurungani* ab Anonymo noſtro appellatur: à veri ſimilitudine tamen cum non multum abhorreat, pauca hæc, ex cap. 32. *de Adminiſtrando Imperio*, ſelegi, ut ejus ſitus deſignetur. Οἱ Σέρβλοι ἀπὸ τῶν ἀβαπτίστων Σέρβλων, τῶν καὶ Ἄσπρων ἐπονομαζομένων κατάγονται τῶν τῆς Τουρκίας ἐκεῖθεν κατοικούντων, εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς Βοΐκι τόπον ἐπονομαζόμενον, ἐν ᾧ πλησιάζει καὶ ἡ Φραγγία. Ὁμοίως καὶ ἡ μεγάλη Χρωβατία ἡ ἀβάπτιστος, ἡ καὶ Ἄσπρη προσαγορευομένη. Quod ſic vertit interpres: *Serbli oriundi ſunt à Serblis non baptizatis, qui etiam Albi cognominantur, & ulteriora Turciæ incolunt, loco ab illis Boïci dicto, cui finitima Francia eſt, ubi & magna Chrobatia baptiſmi expers & Alba quoque nuncupata.*

[g] Vitiatus locus, quem ex integro abſque codicum auctoritate ſanare non valeo. Legendum tamen eſſe *Viſurgi* pro *Biſigi* mea eſt opinio.

ſigibilias ſexaginta, quæ in Oceano funduntur.

XIX. Item confinalis ejuſdem regionis, ſunt patriæ longè latéque dilatiſſimæ duæ, quæ nominantur Pannoniæ, id eſt inferior & ſuperior. Quas patrias plurimi deſcripſerunt philoſophi, ex quibus legi multoties dictum Caſtorium, & Lolianum atque Arbitionem Romanorum philoſophos; ſed & ſupradictum Aithanaridum & Eldevaldum atque Marcum Mirum Gothorum philoſophos: ſed non æqualiter, alius vero ſic, alius alio modo. Sed ego, ſecundùm præfatum Marcum Mirum, inferius dictas civitates Pannoniæ nominavi. In qua patria plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [a] Confluentes, [b] Taurynum, [c] Idominio, [d] Baſſianis, [e] Foſſis, Sirmium,

[a] Locum hunc cum noſtro Anonymo memorat tabula Peutingeriana: nec alios *Confluentes* hos eſſe crediderim, quam Savi & Danubii. Porro ad hos poſitum fuiſſe *Taurunum*, ſive Ταύρουνον, ut habet Ptolemæus, communis fuit ſententia hactenus Id Plinius, id alii dixere. Tribus tamen milliaribus diſparatum fuiſſe utrumque, Peut. tab. docet. Hodie *Belgrade*.

[b] Ceteri legunt *Taurunum*.

[c] *Iliminio* Peut. tab. IX. mill. à *Tauruno*.

[d] Hanc Antoninus, Jordanis, Peutinger. tab. & liber Notitiarum memorant poſt Ptolemæum, cui vocatur Βασίανα.

[e] Hæc vero à ceteris prætermittitur.

[a] Drinum, [b] Saldum, [c] Baſſantis, [d] Marſonia, Murſa major, Murſa minor, [e] Joballios, [f] Borevis, [g] Sorenis, [h] Marinianis, [i] Balenilo, [k] Sirore, [l] Cucconis, [m] Lentulis, [n] Soniſta, [o] Botivo, Populos, [p] Aquaviva, [q] Remiſta, [r] Petavio-

[a] Flumen ſcilicet, vel potius locus ad *Drini* ripam.

[b] Penting. tabulæ *Saldis*, XVIII. mill. à *Drino* flumine. Σαλὶς forſan Ptolem.

[c] *Ad Baſante* Peuting. eidem, XX. mill. à *Saldis*.

[d] Hic obſerva, quod *Marſonia* & à *Tauruno* diſtinguitur, & à *Murſa minore*, ſeu *Murſella*, tum hic, tum in Peuting.

[e] *Jovallio* Peutinger. tab. Ἰόβιλλον Ptolemæo.

[f] Apud tabul. Peut. ſcribitur *Berebis*, apud Antoninum *Vereis*. Βερέβις Ptolem.

[g] *Seronis* Peutingerianæ tabulæ, x. mill. à *Berebis*.

[h] *Mariniana* apud Antoninum & Peuting. tab. occurrunt, etiam & in Notitia dignitat. x. mill. à *Bolentio* in Peut. eadem.

[i] Lege *Bolentio* cum Peut. tab. ſuffragatur etenim Ptolemæus, apud quem legitur Βολέντιον in Pannonia ſuperiori.

[k] *Sirota*, vel *Serota* Antoninus, *Sirotis* Peuting. tab.

[l] Antonino & Notitiæ dignitatum *Cucci*.

[m] Λέντουλον Ptolemæo, Antoninus tamen legit *Lentulos*, Peut. tab. *Luntulis*.

[n] Hanc exhibet etiam Peutingeriana tabula; exhibuit olim & Antonini Itinerarium. In codice enim, quem Surita regium vocat, legitur *Siniotalentulis*: quam dictionem conflatam exiſtimavit ex *Jovia* & *Lentulis*; ex *Lentulis* & *Soniſta* dicturus, ſi hanc cognoviſſet.

[o] *Botivo* & *Populos* à ſolis Peuting. tab exhibentur. Inter *Populos* & *Aquamvivam*, mill. XI. ſunt.

[p] Hinc patet legendum eſſe *Aquaviva* apud Antoninum, ubi ſcribitur *Aquavia*; noſtro enim legendi modo Peutinger. tab. ſuffragatur.

[q] Extra Peuting. tab. hanc fruſtra quæſieris.

[r] *Petovio* Tacito & Antonino, *Petobio* Amm. Marcellino, Πατόβιον Ptolem. *Petavione* Peut. tab.

na, [a] Vicesimo, [b] Lingano, [c] Salla, [d] Aravona, [e] Savaria. Item ad aliam partem sunt civitates, id est, [f] Siclis, [g] Etclavia, Saniglon, Perſetis, Netabio, [h] Speridium, Bedini, Necal, Brindia, [i] Clande, Aſſino, Bercio, [k] Serbetium, [l] Fines, [m] Lamatis, [n] Lauſaba, [o] Baloia, [p] Apeva, Sapua, Berſellum, Ibiſua, Derva, [q] Citua, Anderba, Sarminium, Charmenis, Scaladis, Sapua, Aleba,

[a] Eidem Peut. tab. *Ad viceſimum.*

[b] Locus ceteris incognitus.

[c] Σάλα Ptolemæo, *Salle* Antonino.

[d] *Arrabona* Antonino & Peut. tab.

[e] *Sabariam* coterorum intellige.

[f] Hic idem locus eſt, opinor, quem ſuperius obſervavimus ſitum habere in Peut. tab. inter *Tragurium* & *Salonam.*

[g] De *Etclavia* nihil apud ceteros.

[h] Incognitæ hactenus permanſerant urbes illæ omnes, quæ *Serbetium* præcedunt.

[i] *Clande*, *Aſſinio* & *Bercio*, eædem forſan urbes ſunt, quæ infra dicuntur *Aſinoe*, *Clandate* & *Berginio*. Suſpicor etiam *Aſſino* eſſe *Azaon* Antonino.

[k] Antonino & Peutinger. tab. *Servitium*. Eſt forte Σίρβιον Ptolemæi.

[l] Peut. tab. *Ad Fines.*

[m] *Æmate*, ſeu *Emate* Antonino, *Lamatis* tamen retinet & Peut. tab.

[n] *Leuſaba* apud Antoninum & Peut. tab.

[o] Ex ſola Peut. tab. prius nota erat. Ibidem ſtatuitur XII. mill. à *Leuſaba*.

[p] Fruſtra tempus teres, quod in his urbibus, quæ deinceps nominantur, uſque ad finem deſcriptionis Pannoniæ, apud veteres ſcriptores exquirendis inſumes.

[q] *Cituorum* inſulæ in Danubio, nunc *Schut* dictæ Lazius meminit ex Ptolemæo, ut quidem aſſerit: Verum in editis Ptolemæi codicibus, quibus uſus ſum, non *Cituos*, ſed *Cytnos* obſervavi, juxta Danubium.

Suberadona, Asinoe, Clandate, [a] Berginio. Per quas Pannonias transeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur, id est [b] Ira, Bustricius. In qua Pannonia est lacus maximus qui dicitur [c] Pelsois. Item flumina [d] Parsium, Dravis.

XX. Item juxta ipsam Pannoniam est patria, quæ dicitur [e] Valeria, quæ & media [f] appellatur provincia, pro eo quod rejacet inter suprascriptas Pannonias. Ipsi eamdem descripserunt philosophi; sed ego, secundum præfatum scriptorem Marcum Mirum Gothorum philosophum, civitates inferius designatas ejusdem Valeriæ nominavi. In qua Valeria plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus,

a Num Βρεγαίτιον Ptolemæi? quod à Victore Aurelio *Bergentium* appellatur.

b De fluminibus his, nihil dicendum mihi occurrit.

c Hujus lacus meminit Jordanis capit 52. & 53. eumque *Pelsodis* vocat, *Pelsonem* Aurelius Victor, *Peisonem* Plinius. Hodie *Neusydlerzee* in Hungariæ Austriæque confinio.

d Ignotum aut saltem corruptum fluminis nomen.

e Provincia illa ex Pannoniæ parte, per Galerium Maximianum conflata, & sic denominata fuit ad honorem Valeriæ Domitiani Imperatoris filiæ, conjugis ejusdem Maximiani, ut docent Ammianus Marcellinus, lib. 19. c. xi. & Victor Aurelius.

f Id à situ inter Dravum & Savum, hodie nonnulli repererent.

id

id est [a] Acunum, [b] Usum, [c] Malatis, [d] Cutio, Cornacum, [e] Alusione, [f] Annama, [g] Clautiburgum, [h] Livorem, [i] Donatianis, [k] Antiana; [l] Augione, [m] Belsalino, Luniano, Cardelaca. Item ad aliam partem sunt civitates, id est

a Sic scribitur & in Peutingeriana tabula. Credi tamen potest esse *Ἀκούμινκον* Ptolemæi, ad ripam Danubii, quod in aliquot Ammiani Marcellini codicibus, *Acunincum* vocatur, licet in aliis legatur *Acimincum*, ut etiam apud Antoninum.

b *Cusum* Notitiæ dignitatum, Antonino & Peuting. ex qua XL. mill. ab *Acuno*, distasse discimus.

c Peut. tabulæ *Milatis* XVI. mill. à *Cuccio*, apud ceteros desideratur.

d Lege *Cuccio* cum Peut. tabul. cui Antoninus & Notitia dignitatum suffragantur.

e Peutinger. tab. *Lusione*, Antonino *Lussunium*, Notitiæ dignitatum *Lussonium*, ubi *cuneus Equitum Constantianorum, sub Duce Valeriæ Ripensis*. Λουσσόνιον Ptolemæo, ad ripam Danubii.

f *Annamatia* Antonino & Peutinger. tab. *Adnamantia* Notitiæ dignitatum, ubi *Equites Dalmatæ sub Duce Valeriæ Ripensis*. Ceterum situm paullo alium duobus hisce locis assignat Peuting. tab.

g *Teutiburgum* lege cum Antonino & Notitia dignitatum *Tittoburgo* habet Peuting. tab.

h Peuting. tabula *Ad Labores*, XIII. mill. à *Tittoburgo*, locus ceteris incognitus.

i Hanc etiam sola Peut. tabula memorat. XIII. mill. à præcedenti.

k Nisi Valeria, ultra fines ipsi vulgo præscriptos hic extendatur, frustra Surita suspicatur legendum *Antianis* in Notitia dignitatum, ubi *Arrianis* legitur; locus siquidem ille Duci Pannoniæ primæ & Norici suberat.

l *Zugione* Peut. tabul. XII. mill. *Ab Antiana*.

m Inter ignotas antea urbes recense *Belsalino*, *Cardelaca* & *Luniano*, nisi hoc sit Ptolemæi Λουγίωνον.

[a] Sicce, Fines, [b] Romula, [c] Novindum, [d] Cruppi, [e] Acerbo, [f] Atamine. Quam Valeriam aliquando [g] Dormacannorum gens obtinuit, ficut teſtatur multoties ſupraſcriptus Jordanis ſapientiſſimus coſmographus. Quam Valeriam finit fluvius maximus, qui dicitur [h] Saus.

XXI. Item juxta ipſam Valeriam ponitur patria, quæ dicitur [i] Corneola, quæ & [k] Alpes Juliana antiquitus dicebatur. Quam patriam Carnech, qui Valeriam patriam, ipſi eamdem deſcripſe-

[a] *Siſcia* ceteris, ut ex tabulis Peuting. cognoſcitur. Sequens locus *Ad Fines* dictus ab ea diſtabat xx. milliaribus ex eadem Peutinger. tab.

[b] *Romula* urbs apud Antoninum, ad Liburniam videtur pertinere. In Peutinger. tabul. XXVIII. mill. diſtat à loco dicto *Ad Fines*, *Quadrata* intermedia.

[c] *Noviodunum* Peutinger. tab Νοουΐοδουνον Ptolemæo.

[d] Peut. tabulæ *Crucio*, XVI. à *Novioduno*.

[e] *Acervone* Peuting. tabul. XVIII. mill. ab *Emona*.

[f] Locus hactenus incognitus.

[g] Corrupta forte dictio; de *Dormacanis* enim, neque apud Jordanem, neque alibi mentio. Valeriæ præterea non meminit Jordanis in his lucubrationibus, quibus potimur. Alios igitur auctor ille ſcripſerit libros, qui ad nos uſque non pervenerint.

[h] *Savum* intellige, nunc *Saw*.

[i] Id eſt Carnorum regio, hodie *Forum Julii*. Certe in Foro Julio, *Alpes Julias* ſtatuit Cornelius Tacitus.

[k] *Julias Alpes* antiquitus *Venetas* appellabant, ut auctor eſt Ammian. Marcellinus. Peut. tabul. locum memorat *In Alpe Julia* dictum, V. milliar à *Longatico*, de quo Antoninus meminit poſt *Fluvium Frigidum*. In ead. Peut. tab. prope *Alpes Julias* pingitur idem *Fluvius Frigidus*.

runt philoſophi: ſed ego ſecundum ſupraſcriptum Marcomirum Gothorum philoſophum, civitates inferius deſignatas ejuſdem Carnich patriæ nominavi. In qua Carnech patria fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [a] Carnium, [b] Scoldium, Ripplium, Ris, Planta, Clemidium, Sedo. Item in valle ejuſdem patriæ, ſunt civitates, id eſt Sention, Patiuma, Sorbam, Epernuto, Precona, Lebra, Ambit, Barneo, Paris, Elebra, Etuno, Selunto, Poreſton, Artara, Ranio, Rinubio, Renela, Cliena. In cujus patriæ ſummitate montium [c] Lacum eſſe legimus. Patria diverſa habet Flumina, inter cetera fluvius, qui dicitur [d] Corcac.

XXII. Item ad mare magnum, id eſt ad colfum occidentalem, ponitur pa-

[a] Ptolemæo Ἰούλιοι Κάρνιοι.

[b] Ex urbibus his, quæ in *Carneola* deſcriptione adducuntur à noſtro Anonymo, ne unius quidem nomen, aut nominis ſaltem veſtigium, apud auctores alios mea cura, quæ ſane non fuit modica, valuit deprehendere.

[c] Is mihi videtur eſſe, qui nunc *Czyrcknitzerſee* à vicino oppidulo *Czyrcknitz* vocatur. Hic enim etſi non in *ſummitate* montium ſit, montibus certe undequaque cingitur. Λούγεον ἕλος appellatur à Strabone lib. 7. pag. 314.

[d] Strabonis forte Κοϱκόϱας, à quo rigabantur *Tauriſci*, quique nunc *Gurk* creditur.

tria, quæ dicitur Luburnia [a] Carſaticenſis Quam patriam Luburniam ſupraſcripti qui Carnich patriam, ipſi eamdem deſcripſerunt philoſophi. Sed ego, ſecundum præfatum Marcomirum Gothorum philoſophum, civitates inferius dictas ejuſdem Liburniæ patriæ nominavi. In qua patria plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt civitas [b] Enona, item [c] Dancoriton, [d] Argerunto, [e] Bigi, [f] Oſpela, [g] Pupliſca, Senia, [h] Turres, [i] Raparia, Tharſaticum, [k] Lauriana, [l] Albona. Item ſuperſunt,

[a] Cum à *Tarſatica* urbe ortum hoc cognomen arbitrer, *Tarſaticenſis* hic legi debere, mea eſt ſententia.

[b] Αἰνῶνα Ptolemæo, Plinio *Aenona* vel *Enona*, forte *Emona* Peut. tab. *Ænnonia* Antonino.

[c] In Periplo noſtro *Agit Corinthum* mendoſe ſcribitur. Illius urbis ſitum occupat Κορίνιον apud Ptolemæum, quod *Corinium* eſt Plinio.

[d] *Argyruntum* Plinio, Ἀργυροῦντον Ptolemæo.

[e] *Vegium* Plinio, Ptolemæo Οὐεγία.

[f] Eumdem ſcribendi modum retinet & Periplus noſter tum in hac & in ſequenti, tum in præcedenti. Hæc tamen eſt *Ortopula* Plinii, Ptolemæi Ὀρτόπλα.

[g] Sit oportet *Lopſica* Plinii & Ptolemæi, inter *Ortopulam* & *Seniam* poſita.

[h] *Ad Turres* Antonino & Peuting. tabul. xx. mill. à *Senia*.

[i] In Periplo noſtro *Rapparia*, apud ceteros quoſcumque non reperitur.

[k] Paulus Varnefridi hujus loci meminit lib. 6. cap. 45. Geographicæ quædam tabulæ recentes, *Laroy* vicum exhibent in eodem circiter ſitu, quem occupare debuit *Lauriana*.

[l] Idem nomen hactenus retinet.

quæ in ipſa provincia Liburnia, id eſt [a] Oliſa, Tarneum, [b] Abendone, [c] Parupion, [d] Ethetra, [e] Ancus. Item juxta ipſam Liburniam litus mare magnum, eſt patria, quæ dicitur Iſtria, quæ ex iſta pertinet.

XXIII. Iterum reincipimus ad ſeptentrionalem plagam. Juxta Oceanum ponitur patria, quæ dicitur Frigonum, quæ juxta litus Oceani conjungitur cum ſupraſcripta, quam nominavimus Saxoniam. Quam prædictam Frigonum patriam, prædicti philoſophi de ſupraſcripta Saxonia & Danorum patria ſcripſerunt, ipſi eamdem Frigonum patriam deſignaverunt. Sed nos, ſecundum præfatum Marcomirum Gothorum philoſophum, eam nominavimus, * qui quos eam deſignavit, & audaces homines eamdem patriam proferre aſſerunt, & in nullo modo civitates in eamdem Frigonum patriam fuiſſe legimus, exceptis

* Sic

[a] *Oliſa* & *Tarneum* incognitæ urbes ceteris omnibus ſunt.

[b] *Avendone* Antonino & Peuting. tab.

[c] *A upium* Antonino, Peutinger. tab. *A ypio*, x. mill. ab *Avendone*.

[d] A nullo antiquorum urbs memorata. Peuting. tab. *Epidotium* medium recenſet inter *Arypium* & *Ancum*, hinc XVI. mill. illinc X.

[e] A ſola Peuting. tab locus non prætermiſſus. Ibi XV. mill. ſtatuitur ab *Auſancalione*, quæ Ptolemæo Αὐσαγκαλεὶ in Liburnia eſt.

duobus, quæ antiquitus leguntur, [a] Bordonchar & Nocdac. Sed & transire per eamdem patriam legimus fluvium qui dicitur. ...

XXIV. Iterum ad frontem ejusdem Frigonum patriæ, quomodo, verbi gratia, ut dicamus ad terram spatiosam, ponitur patria, quæ dicitur Francia [b] Rhinensis, quæ antiquitus Gallia Belgitia [c] Alobrites dicitur. Quam patriam plurimi descripserunt philosophi; ex quibus ego legi prænominatos Anaridum & Eldebaldum, atque Marcomirum Gothorum philosophos: sed non æqualiter præfatam designaverunt patriam, sed alius dixit aliter, alius verò alio modo: sed ego, secundum præfatum Anaridum Gothorum philosophum, inferius dictas civitates præfatæ Francorum patriæ nominavi. In qua patria plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus: id est juxta fluvium

[a] Hac primum vice audita, nostro saltem sæculo, Saxonicarum illarum urbium nomina. Nec mireris: Europæ siquidem partes has, sero admodum ab exteris frequentatas nemo nescit.

[b] Ad distinctionem scilicet Franciæ illius Transrhenanæ, quam Franci incolebant, cum primum hoc gentis nomen audiri cœpit..

[c] Infra legitur *Allobroges*: Allobroges, autem à Belgis non modico itinere dispa-rantur.

Rhenum, civitatem, quæ dicitur Maguntia, [a] Bigum, [b] Boderecas, [c] Bosagnia, [d] Confluentes, [e] Anternacha, [f] Rigomagus, Bonnæ, Colonia Agrippina, [g] Rongo, [h] Serima, Novesio, [i] Trepitia, [k] Ascibugio, [l] Beurtina, [m] Traja, Noita, [n] Coadulfaveris, [o] Evitano, [p] Fletione, [q] Matellione. Sunt & aliæ multæ civitates, ante præfatam Maguntiam, juxta ipsum fluvium Rhenum sitæ: sed

[a] *Bingium* Tacito, Amm. Marcellino & Peuting. tab. Nunc etiam *Bingen*.

[b] *Baudobrica* Antonino, *Bontobrice* Peuting. tab. *Bodobriga* Notitiæ dignitatum. Nunc *Bopart*.

[c] Peutinger. tab. *Vosavia*. Hodie *Ober W.sel*.

[d] *Coblentz*.

[e] Nunc *Andernach*; *Antunnacum* Antonino & Peutinger. tabul. *Antennacum* Marcellino.

[f] *Rimagen*, aut *Rimmagen* nunc.

[g] *Burungum* Antonino, nunc *Wuringen*, aut *Woringen*.

[h] Hujusce loci nemo meminit.

[i] Urbs ceteris incognita.

[k] *Asciburgium* Tacito. In Peuting. tabul. XIV. mill. à *Novesio* statuitur.

[l] Ab omnibus aliis omittitur. Non procul videtur fuisse ab urbe nunc *Burik* dicta.

[m] *Colonia Trajana* Antonino & Peutinger. tab. nunc *Kellen*. locus depravatus admodum est; prima siquidem syllaba dictionis illius *Noita* ad præcedentem videtur pertinere, ceteræ inter se confusæ.

[n] Ad hoc etiam verbum forsan depravatio extenditur.

[o] *Levefano* Peutinger. tabul. XVI. mill. à *Fletione*.

[p] Nunc *Fleeten*, ut docet Cluverius.

[q] Peutingerianæ tabulæ *Matilone*, V. mill. dumtaxat à *Lugduno* Batavorum, intermedio etiam Agrippinæ Prætorio, distabat ex Peut. tabul. locus est nunc omnino eversus è regione *Coudekerke*.

dum ipſe Rhenus per Almanorum venit terram, ideo non Francorum patrias nominavi. Tranſeunt autem plurima flumina, inter quæ fluvius maximus, qui dicitur Rhenus, qui egreditur de loco qui dicitur [a] Rauſa Confitio. Ingreditur vero ipſe Rhenus in mare Oceanum ſub [b] Doroſtate Frigonum patria. In qua Francorum patria [tranſeunt plurima flumina] id eſt [c] Logna, [d] Nida, [e] Dubra, [f] Movit, [g] Rura, [h] Inda, [i] Arneſa.

XXV. Iterum deſuper ipſam, quo-

[a] Ἀδούλα ab antiquis vocatur mons ille, unde Rhenus fluvius egreditur. *Rauſa* autem incognitum nomen eſt in Geographia.

[b] Attende quod nequaquam pro ſingulari oppido, ſed pro regione ſeu provincia, Doroſtatis nomen hic uſurpatur.

[c] An *Ligno* Comitatus Burgundiæ fluvius?

[d] Fluvios numerant quinque, quibus *Nita*, Gallice *Nied*, nomen ſit. Ex his duo Brabantiam irrigant; totidem Lotharingiam: quintus non procul ab Antunnaco, ſive *Anternacha*, ut ſcribit Anonymus noſter, paulo infra Confluentes, in Rhenum influit. De hoc agi credet, qui regionem quæ noviſſime deſcripta eſt perpendet; de alterutro ex his, qui ad Lotharingiam pertinent, qui *Lognam* pro Lignone, *Dubram* pro Dubi poſitum exiſtimabit.

[e] Peut. tab. *Dubris*, *Dubis* nunc, Gallice *le Doux*.

[f] Suſpecta vox, quæque mihi pro *Moſa* poſita videtur.

[g] Hinc dicta *Ruramunda*.

[h] Hinc etiam *Indenſe* monaſterium, vulgo *S. Corneliſmunſter* prope Aquiſgranum.

[i] Hic fluvius prorſus mihi incognitus eſt.

modo ut dicamus ad faciem patriæ Francorum Rhinensium, est patria, quæ dicitur Turingia, quæ antiquitus Germania nuncupatur, quæ propinquatur & patria Saxonum. Quam patriam, secundum præfatum Anaridum philosophum, designavimus. In qua patria aliquanta castella fuisse legimus, id est.... Per quam Turingorum patriam transeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur [a] Bac & Reganum, quæ in Danubio merguntur.

XXVI. Iterum propinqua ipsius Turingiæ ascribitur patria Suavorum, quæ & [b] Alamanorum patria, confinalis existit Italiæ. Quam Alamanorum patriam plurimi descripserunt philosophi, ex quibus ego legi prænominatos Anaridum & Eldebaldum Gothorum philosophos; sed non æqualiter præfatam designaverunt patriam, sed & alius dixit aliter, alius verò alio modo. Ego autem, secundum

[a] Suspectæ fidei auctores, ex quibus hæc hausit Anonymus noster, postulare non licet, sed neque momentum ex aliis scriptoribus possumus illis addere.

[b] Attende quod Germanos distinguat ab Alemannis, & utriusque gentis fines non obscure designet. Turingiam tamen hanc & Suavorum illam regionem, iisdem omnino fuisse circumscriptas limitibus, quibus hodie, nolim affirmare.

præfatum [a] Anaridum, prænominatæ patriæ civitates nominavi. In qua patria plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt Ligonas, Bizuntia, [b] Nantes, [c] Mandroda. Item juxta ſupraſcriptum Rhenum ſunt civitates, id eſt [d] Gormetia, quæ confinalis eſt cum prænominata Maguntia civitate Francorum, item civitate

[a] Anaridus hic, ſive Athanaridus, varie ſiquidem ſcriptum obſervo in noſtro codice, non fuit ſcriptor admodum accuratus. In nullis enim partibus operis hujuſce Chorographi diligentiam magis deſiderabis, quam in his, quæ ab ipſo mutuatæ ſunt. Quid enim, verbi gratia, Lingonibus, Biſuntinis, &c. cum Suevorum gente? Id unum dici poteſt, nimirum Athanaridum cum id ſcriberet, aut attendiſſe ad hunc Suetonii locum de Octavio Auguſto: *Suveos... dedentes ſe, traduxit in Galliam atque in proximis Rheni agris collocavit*; aut ad ea ſaltem tempora, quæ Julii Cæſaris ingreſſum in Galliam præceſſere, quibus nimirum Arioviſtus Germanorum rex Sequanos obtinebat. Eadem præterea ratione Athanaridus adduci potuit, ut *Ligonas*, *Langres*, & *Bezuntiam*, *Beſançon* Alemanniæ tribueret, qua Vib. Sequeſter, ut *Ararim* Germaniæ fluminibus accenſeret. Animadvertendum autem quod etiamſi populorum fines extra proprios limites produceret noſter Anonymus, illæſa nihilominus & integra maneret auctoritas quoad urbium deſignationem.

[b] *Nantuates* intellige, vel *Naſium*.

[c] Alios ſcriptores hæc fugit, niſi ſit Antonini *Epamanduodurum*, Peut. tab. *Epomanduo*, hodie *Mandeure*.

[d] Sic etiam ab aliis nonnullis *Wormacia*, quæ olim *Borbetomagus*, nuncupatur. Hodie *Worms*.

[a] Altripe, [b] Sphira, [c] Porca, [d] Argentaria, quæ modo Stratisburgo dicitur, [e] Brececha, [f] Bazela, [g] Augusta, [h] Carstena, Cassangita, [i] Wrcacha, Constantia, [k] Rugium, [l] Bodungo, Arbore felix, [m] Bracantia. Item juxta suprascriptam civitatem Stratisburgo, id est civitas quæ dicitur [n] Alaia, Chorust, [o] Ziaberna, Frincina, Aon, Laguirion,

[a] *Altaripa* memoratur in Notitia dignitatum & in codice Theodosiano. Hinc ejus situm noscceres etiamsi, hodie *Altrip* vicus non staret ad ripam Rheni ad Luteri fluminis confluentes. Gotofred. in Notis ad codic. Theodos. dicit, altero milliari ab Hildeberga, haud longè supra confluentes Nicri.

[b] Id est *Spira* ut alii legunt, vel *Nemetum* urbs.

[c] Hactenus ignota.

[d] *Argentoratum* & *Argentaria* aliis diversæ urbes sunt, & *Stratisburgi* nomen *Argentorato*, non vero *Argentariæ* impositum fuit.

[e] Qui ante Anonymum scripsere, *Montem Brisiacum* appellarunt locum illum, quem nos *Brisach* nuncupamus.

[f] Nota omnibus est *Basilea*.

[g] Scilicet Rauracorum, hodie *Augst*.

[h] *Carstena* & *Cassangita* nunc primum ad sæculi nostri notitiam veniunt.

[i] *Uruncam*, aut *Uruncim*, aut *Vircicim* scribit Antoninus.

[k] *Tugium* forsitan, hodie *Zug*. Quominus id certum tamen sit, unum obstat nimirum quod urbes tantum, quæ ad Rhenum positæ sunt, videtur describere noster Anonymus.

[l] De *Bodungo* nihil quicquam apud veteres scriptores.

[m] Hodie *Bregents*.

[n] *Alaia* & *Chorust* ex hactenus incogniti sunt.

[o] *Tabernis* forte, de quibus Antoninus & Peutinger. tab. Verum cum tribus locis nomen hoc competat, quisnam ex tribus hic memoretur, incertum; maxime cum prorsus ignota sint, tum præcedentia, tum sequentia oppida.

Brara, Albisi, [a] Ziurichi, Duebon, Crino, [b] Stafulon, Cariolon, Theodoricopolis, Vermegaton. Item ad aliam partem sunt civitates, id est [c] Augusta nova, Rizinis, Turigoberga, Ascis, Ascapha, Uburzis, Solist ex Alimanorum patria...... delo Francia Rhenense nominavimus sunt civitates id est [d] Nasaga, [e] Dinantis, [f] Oin, [g] Namon, [h] Neonsigo, Trega. Item juxta prænominatum fluvium Mosela, quam Franciam Rhinensem nominavimus sunt civitates, id est Tulla, [i] Scarbona, [k] Mecusa, Gannia,

[a] De *Tiguro*, nunc *Zurich*, dictum non crediderim.

[b] *Stabula* Antonino, sexto milliari ab *Argentouaria*. Huic igitur proximæ fuere & sequentes, licet eas non aliunde noverimus.

[c] *Augustam novam* ceterasque frustra quæsieris apud Veteres.

[d] Forte *Nasonaga*, aut *Nasonacum*, ut legitur in Theodosiano codice. Hodie *Nassoin*, aut *Nassoigne* in Arduenna.

[e] Hæc *Dinantis* mentio eam longe antecedit, quæ in capitularibus Caroli Calvi occurrit, ubi & *Deonantis* vocatur.

[f] *Hoium*, sive *Huy* ad Mosam.

[g] *Namurcum* intellige, nunc vulgo *Namur*.

[h] De *Neonsigo* & *Trega* nihil dicam, excepto quod Lega, aut Liega legendum forte sit; *Leodium* enim aliquando *Legia* dictum fuit, ut ex Joan. Papæ X. epistol. ad Carolum manifestum fit.

[i] *Scarponna* Antonino & Peuting. tab. x.mill. à *Tullo Leucorum: vicus est ad Mosellam*, inquit Valesius .... *incolis Sanponne, nostris Scharpeigne, aut Charpeigne*, dictus.

[k] *Mecusam* & *Ganniam* quis prius noverat? Adverte tamen, quod à *Divo Iuro Mediomatricorum*, seu *Metis*, non multum distasse debuit *Mecusa*, & quod forsan legi debet *Metusa*. *Mets*.

[a] Treoris, [b] Nobia, [c] Princastellum, [d] Cardena, Conbulantia. Item sunt civitates in ipsa patria, juxta fluvium quem inferius nominare volumus, qui dicitur [e] Lega, id est, [f] Balidos, [g] Martialis, [h] Agrilia, [i] Dizezeia, [k] Imbernis, [l] Heliodorum, [m] Arculla, [n] Aurelianis, [o] Blezis, [p] Bodonias, Toronis, [q] quæ confinatur cum prænominata civitate, quam prædiximus Pocellis pertinere jam ad

[a] Hoc verbo *Trevirorum Augustam* intellige.

[b] Seu *Novia*, compendiose, opinor scriptum, pro *Trevirorum Noviomago*.

[c] Hodie *Bern Castel* urbs est ad Mosellam; *Princastel* urbs alia in Lotharingia Germanica. Huic nomen, illi situs videtur congruere.

[d] Nunc etiam vicus est ad Mosellæ ripam sinistram *Caerden* vocatus, cujus loci tamen meminit nemo ex antiquis.

[e] *Ligerim* intelligit.

[f] *Balidos* desideratur apud ceteros.

[g] De hoc loco Sidonius lib. 2. epist. XIV. ad Maurusium. *In pago Vialoscensi, qui Martialis ætate citeriore vocitatus est, propter Hiberna legionum Julianarum, suspicor diuturnius te moraturum.* Ex Anonymo nostro patet quantum à *Martiaco* Ricomagensis agri vico, *Martialis* hic dissitus fuerit.

[h] Locus nulli memoratus.

[i] *Dicetia* Antonino, nunc *Dezize*, aut *Decize*.

[k] Lege *Nibernis*, seu *Nivernis*, *Nevers* hodie.

[l] Locus hic à ceteris prætermittitur. Si divinare liceret, commate detracto, *Nivernis Æduorum* legerem.

[m] Ignoratur à quibuslibet.

[n] Urbs prius dicta *Genabum*, *Orleans* nunc.

[o] Vetustior nulla hujus loci mentio.

[p] Neque hic locus antea notus erat.

[q] Deesse multa hic verisimillimum est; primo quia de *Pocellis* nihil jam dictum fuit, & absurdum omnino esset Turonum civitatem Germanicarum urbium cujlibet vicinam affirmare.

Germanorum patriam. Item eſt patria, juxta fluvium qui dicitur [a] Egona, id eſt Etifitiodorum. Per quam Galliam tranſeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur [b] Saruba, [c] Bleza, [d] Nida, [e] Arſena, [f] Maderna, [g] Cappis, [h] Albis, Egona, [i] Siguna, [k] Sumena, [l] Lege, [m] Scaldea, [n] Catalumis, Campania. Item juxta prælatam Galliam Belgicam Alobroges, ponitur patria, quæ dicitur Burgundia, quam Burgundiam ſecundam eſſe legimus Galliam. Quam Burgundiam plurimi deſcripſerunt philoſophi,

[a] Id eſt *Icauna*, Gallice l'*Ionne*, juxta quem *Antiſſiodorum*, quod hic corrupte *Etifidiodorum* dicitur.

[b] Lege *Saraba*, ſive *Sarava*. *Saravus* autem fluvius nunc vocatur *la Saare*.

[c] *Bleſa* amnis cum Saravo ad Gemundam miſcetur.

[d] De alio flumine huic cognomine actum eſt ſuperius. Hic autem *Nita*, qui ad diſtinctionem alterius, cujus aquis creſcit, vulgo nuncupatur *le Nied Aleman*, & in *Saravum* defluit poſtquam *Boſonis Villam* alluit.

[e] Pro *Axona* poſitum cenſeo

[f] *Matrona* eſt, qui etiam aliquando *Materna* appellatur.

[g] De hoc flumine nihil dicam, quia nihil mihi de illo occurrit.

[h] Plures licet extent, tum amnes tum fluvioli in Gallia, quibus *Alba* nomen commune ſit, de *Alba* tamen Burgundiæ, vulgò *Aube*, dictum exiſtimo.

[i] Hic forte legendum erit *Seguna*, aut *Segona*, quo nomine datur *Sequana* apud Gregorium Turonenſem & Fredegarium.

[k] Fluvius nunc dictus *la Somme*.

[l] De *Lega*, ſeu *Ligeri* actum eſt ſupra.

[m] Nunc dicitur l'*Eſcaud*.

[n] Amnes illos nullatenus novi.

ex quibus ego legi multoties dictos Castorium & Lolianum atque Arbitionem Romanorum philosophos, sed non æqualiter, alius vero alio modo. Ego autem, secundum prænominatum Castorium Romanorum philosophum, inferius dictas civitates ejusdem Burgundiæ nominavi. In qua præfatá Burgundia, plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus, id est juxta fluvium Rodani positæ fuerunt civitates, id est [a] Octodorus, [b] Tarouas, [c] Pennolocus, [d] Bibiscon, [e] Lausonna, Equestris, [f] Genua, [g] Condate, [h] Tenusilay. Item juxta suprascriptam civitatem Genua est quæ dicitur [i] Obelo-

[a] Nunc *Martigni*, aut *Martinach en Walais*.

[b] *Tarnaias* Peutinger. tab. & Antonini codibus aliquot, Surita teste; ut plurimum tamen *Tarnadas* ceteris codicibus.

[c] *Pennelocus* Antonino, Peuting. tabul. *Pennolucos*. *Villeneuve* ad lacum Lemanum.

[d] *Viviscum* Peut. tab. *Bibiscum* Antonino: nunc *Vivis*. Hinc etiam *le Bailliage de Vevai*.

[e] Hodie *Lausane* urbs non ignobilis ad lacum Lemanum. *Lausonium lacum* dumtaxat, non vero urbem memorant Antonin. & Peut. tab.

[f] *Geneva* est.

[g] Hujus loci sola meminit Peuting. tab. ejusque situm statuit XXX. millar. à *Geneva*. Nunc *Chana*, Valesio teste.

[h] A nullo prorsus hic memoratur, nisi sit *Etanna* Peutinger. tab.

[i] Peuting. tab. *Obilonna*, XIII. mill. à *Darantasia*; III. à loco dicto *Ad publicanos*. Apud Antoninum *Oblimum* scribitur, aut *Bilumum*.

non, [a] Dibialimon, [b] Bidana, Matiscum, Lucdonon Secusianorum, [c] Aquæ, [d] Sicutmageon, Ribision, [e] Condate, [f] Andereton, [g] Ugurnon quæ confinatur cum Arelaton civitate provinciæ Septimaniæ. Item sunt civitates in ipsa Burgundia ad aliam partem, ex quibus aliquantas nominare volumus, id est [h] Catabolon, [i] Breniton, [k] Aximan, [l] Daratatia, Obelonon, [m] Publicanos, [n] Mantala,

[a] Hujus nullatenus mentio apud ceteros. Cum tamen inveniatur in nonnullis Antonini codicibus *Bilumum*, quod una fere prima syllaba à *Dibialimo* differt, in Itinerarium Antonini mendum irrepsisse libens suspicarer, & ex *Obelonna* & *Dibialimon* conflatum fuisse *Bilumnum*.

[b] Urbs hactenus incognita.

[c] Peut. tab. *Aquæ Segete*, IX. mill. à *Furo Segusianorum*.

[d] *Icidmagum* Peut. tabul. XVII. mill. ab *Aquis Segete*, XIV. à *Revessione*.

[e] In Peutinger. tab. locus hic XII. mill. statuitur à *Revessione*, XXII. ab *Anderito*.

[f] Ἀνδέριδον Ptolem. Hodie *Javols*, aut *Javoux* in Gabalis.

[g] *Ugernum* ceteris. Nunc *Beaucaire*, aut insula *la Vergne* nuncupata. Vide Valesii Notitiam Galliar.

[h] Locus fuisse videtur in Alpibus Graiis; verum à nemine memoratur.

[i] *Bergintrum* Antonino & Peuting. tab. Nunc *le Bourg S. Maurice*, Nicol. Samsone teste.

[k] Ptolem. Ἀξίμα, mendose *Axuna* Peut. tab. Nunc *Esme*, sive *Aisme*.

[l] *Darantasia* Peuting. tab. ceteris *Tarantasia*, hodie *Moustiers en Tarantaise*.

[m] Antoninus & Peuting. tab. legunt cum præpositione *Ad publicanos*. *Conflans* nunc dici creditur.

[n] Hodie *Mante*, aut *Mente* vicus medius fere inter Viennam & Turnonem. Illius loci præter Antonin. & Peutinger. tab. meminere & Concilia Galliæ ad annum 879. quo celebris ibi habita Synodus.

Levinum,

[a] Levinum, [b] Lavifcone, [c] Augufton, [d] Birgufia, [e] Benná, [f] Ficlinis, [g] Genua; Valentia, [h] Vatiana, [i] Acunon, [k] Bonomago, [l] Arufione, [m] Abinnione, [n] Arafcone.

XXVII. Item ad aliam partem in ipfa Burgundia regione fuerunt civitates, id eft [o] Alcacothin, [p] Brincatione, [q] Rama,

a *Lemincum* Antonino & Peut. tab. xvi. mill. à *Mantala*.

b *Labifcone* Antonino, *Lavifione* Peut. tab.

c Illius loci cum Antonino meminit Peut. tabul. Hodie *Hofte* vocatur.

d *Bergufia* Antonino, *Bergufium* Peuting. tab. Nunc *Bourgoin* dicitur.

e *Viennam* intellige. *Bienna* fiquidem olim hic fcriptum fuiffe fufpicor.

f *Figlinis* Peuting. tab. in qua locus hic à *Vienna* xvii. mill. difparatur.

g *Tegna* legi debet ut in Peut. tab. ubi xvi. milliari à *Figlinis*, xiii à *Valentia* ftatuitur. Nunc *Thain* ad Rhodanum è regione Turnoni.

h *Vancianis* Itinerario Jerofolymit. *Batiana* Peuting. tab. xix. mill. à *Valentia*, hodie locus dictus *la Begude*.

i *Ancone* interpretatur Nic. Samfon. Illius loci meminere Peut. tab. & Jerofolymit. Itinerarium.

k *Senomago* Peuting. tab. *S. Paul Tricaftin* hodie, fi fcopum attigit vir eruditus Nic. Samfon.

l Ceteris *Araufio*, una Peutinger. tabul. excepta. *Orange*.

m Id eft *Avenio*.

n Prima littera truncatum verbum: videtur fiquidem effe *Tarafio*.

o Lege *Alpem Cottiam*, aut potius *in Alpe Cottia*; ut in Peuting. tab. fexto mill. à *Brigantione*.

p *Brigantio* Peut. tab. & Antonino, Βριγάντιον Straboni, Ptolem. &c. nunc *Briançon*.

q *Rame* Antonino & Itinerar. Jerofol. *Rama* Peut. tab. *Rame* etiamnum vocatur.

[a] Ebruduno, [b] Canduribagus, [c] Idodimus, [d] Bapincæ, [e] Boccombri, Catinomagus, [f] Foro, Antes, [g] Gemina. Item fuerunt civitates in ipsa Burgundia, ad aliam partem, id est juxta prælatam civitatem Canduribagus, est civitas quæ dicitur [h] Sanatione, [i] Durotingo, [k] Metrozelon, [l] Cantourisa, [m] Fines, [n] Curarone, [o] Maurogena, [p] Urdonno, [q] Lu-

[a] Varie scribitur apud Veteres, *Eburodunum*, *Ebredunum*, *Eburunum*. Nunc *Embrun*.

[b] *Catorigomagus* Peut. tab. *Caturigas* Antonino, *Catorigas* Itiner. Jerosol. *Chorges*.

[c] *Ictodurum* existimo, qui in Peut. tab. VI. mill. reponitur à *Catorigomago*. Forte *Avançon*.

[d] *Vapincum* Antonino, Peutinger. tab. & Itiner. Jerosf. *Gap*.

[e] *Boccombri* & *Cantinomagus* à ceteris prætermittuntur. In *Boccombri* tamen non nihil cerno, quod ad *Voconii forum* accedit.

[f] In codice nostro legitur uno verbo Forantes. Verum *Forum* hoc aut *Julii*, aut saltem *Voconii* est, & ab utroque non multum distant in Peut. tab. *Anteis*, seu *Antea*.

[g] *Geminas* recenset Peut. tab XVIII. mill. à *Luco*.

[h] Peut. tab. *Stabatione*, VIII. mill. à loco dicto *in Alpe Cottia*.

[i] *Durotinco* scribitur, VII. mill. à *Stabatione* in Peut. tab. quæ illius & sequentis sola meminit.

[k] *Mellosedum* Peut. tab. X. mill. à *Durotinco*.

[l] *Catorissium* Peuting. tab. Vicus est cum monte cognomine, unde Carthusianis inditum nomen est.

[m] Hos *Fines* solus Anonymus noster memorat.

[n] *Culabone* Peut. tab. *Cularone* inscriptionibus veteribus aliquot, nunc *Grenoble*.

[o] *Murginno* Peuting. tab. XIV. mill. à *Cularone*, hodie *Morges*.

[p] De loco hoc nihil ceteri suggerunt.

[q] Urbs Tacito, Antonino & Peut. tab. memorata, quæ nunc *Luc* dicitur.

co, [a] Bococilon, [b] Auguston. Item ad aliam partem, in ipsa Burgundia sunt civitates, id est, [c] Gabilona, [d] Angunon, [e] Ugenon. Item juxta fluvium Duba Burgundiæ, sunt civitates, id est [f] Busuntius, Mandroda, [g] Portin. Per quam Burgundiam transeunt plurima flumina, inter cetera fluvius, qui dicitur Rhodanus Lausonensis, in quo Rhodano ingrediuntur flumina, id est [h] Duba, [i] Sagana, Izera, Arab. Qui suprascriptus fluvius Rhodanus ingreditur in mare Gallicum, subtus prælatam civitatem Arelaton.

[a] Legendum suspicor *Bocontiorum*; immò etiam, *Ad Deam Bocontiorum*, ut in Peuting. tab. & apud Antoninum.

[b] *Augusta* Antonino & Itinerar. Jerosolym. *Augustum* Peut. tab. Nunc forsan *Autun* locus non procul ab Isera.

[c] *Cabilonnum* Cæsari in comment. *Cabillio* Peuting. tab. *Cabellio* Antonino Suritæ, *Cavilunnum* enim scribitur in priscis editionibus: nunc *Châlon sur Saone*.

[d] Dubium est utrum in codice quo usus sum legi debeat *Augunon*, aut *Augimon*; si *Augunon*, de *Augustoduno* compendiose dictum non hæsitanter affirmabo.

[e] Idem forsan locus, qui supra *Ugurnon*, ceteris *Ugernum* dicitur.

[f] En iterum *Busuntius* & *Mandroda*, utraque ad Dubam flumen, & in Burgundia. Diligentior namque & magis accurata est Castorii descriptio, quam Athanaridi.

[g] Hæc urbs ab aliis tacetur.

[h] *Dubis* Arari miscetur, & hic postea labitur in Rhodanum.

[i] Si Sequanam hoc verbo designat error est; si Sauconnam, *la Saone*, quid Arab? quod verbum pro Arari positum arbitrabar. Ejusdem fluvii forsan duo nomina sunt.

[a] Ebruduno, [b] Canduribagus, [c] Idodimus, [d] Bapincæ, [e] Boccombri, Catinomagus, [f] Foro, Antes, [g] Gemina. Item fuerunt civitates in ipſa Burgundia, ad aliam partem, id eſt juxta prælatam civitatem Canduribagus, eſt civitas quæ dicitur [h] Sanatione, [i] Durotingo, [k] Metrozelon, [l] Cantouriſa, [m] Fines, [n] Curarone, [o] Maurogena, [p] Urdonno, [q] Lu-

[a] Varie ſcribitur apud Veteres, *Eburodunum*, *Ebredunum*, *Eburunum*. Nunc *Emlrun*.

[b] *Catorigomagus* Peut. tab. *Caturigas* Antonino, *Catorigas* Itiner. Jeroſol. *Chorges*.

[c] *Ictodurum* exiſtimo, qui in Peut. tab. VI. mill. reponitur à *Catorigomago*. Forte *Avançon*.

[d] *Vapincum* Antonino, Peutinger. tab. & Itiner. Jeroſ. *Gap*.

[e] *Boccombri* & *Cantinomagus* à ceteris prætermittuntur. In *Boccombri* tamen non nihil cerno, quod ad *Voconii forum* accedit.

[f] In codice noſtro legitur uno verbo Forantes. Verum *Forum* hoc aut *Julii*, aut ſaltem *Voconii* eſt, & ab utròque non multum diſtant in Peut. tab. *Anteis*, ſeu *Antea*.

[g] *Geminas* recenſet Peut. tab XVIII. mill. à *Luco*.

[h] Peut. tab. *Stabatione*, VIII. mill. à loco dicto *in Alpe Cottia*.

[i] *Durotinco* ſcribitur, VII. mill. à *Stabatione* in Peut. tab. quæ illius & ſequentis ſola meminit.

[k] *Melloſedum* Peut. tab. X. mill. à *Durotinco*.

[l] *Catoriſſium* Peuting. tab. Vicus eſt cum monte cognomine, unde Carthuſianis inditum nomen eſt.

[m] Hos *Fines* ſolus Anonymus noſter memorat.

[n] *Culabone* Peut. tab. *Cularone* inſcriptionibus veteribus aliquot, nunc *Grenoble*.

[o] *Murginno* Peuting. tab. XIV. mill. à *Cularone*, hodie *Morges*.

[p] De loco hoc nihil ceteri ſuggerunt.

[q] Urbs Tacito, Antonino & Peut. tab. memorata, quæ nunc *Luc* dicitur.

co, [a] Bococilon, [b] Auguſton. Item ad aliam partem, in ipſa Burgundia ſunt civitates, id eſt, [c] Gabilona, [d] Angunon, [e] Ugenon. Item juxta fluvium Duba Burgundiæ, ſunt civitates, id eſt [f] Buſuntius, Mandroda, [g] Portin. Per quam Burgundiam tranſeunt plurima flumina, inter cetera fluvius, qui dicitur Rhodanus Lauſonenſis, in quo Rhodano ingrediuntur flumina, id eſt [h] Duba, [i] Sagana, Izera, Arab. Qui ſuprafcriptus fluvius Rhodanus ingreditur in mare Gallicum, ſubtus prælatam civitatem Arelaton.

[a] Legendum ſuſpicor *Bocontiorum*; immò etiam, *Ad Deam Bocontiorum*, ut in Peuting. tab. & apud Antoninum.

[b] *Auguſta* Antonino & Itinerar. Jeroſolym. *Auguſtum* Peut. tab. Nunc forſan *Autun* locus non procul ab Iſera.

[c] *Cabilonnum* Cæſari in comment. *Cabillio* Peuting. tab. *Cabellio* Antonino Suritæ, *Cavilunnum* enim ſcribitur in priſcis editionibus: nunc *Châlon ſur Saone*.

[d] Dubium eſt utrum in codice quo uſus ſum legi debeat *Augunon*, aut *Augimon*; ſi *Augunon*, de *Auguſtoduno* compendioſe dictum non hæſitanter affirmabo.

[e] Idem forſan locus, qui ſupra *Ugurnon*, ceteris *Ugernum* dicitur.

[f] En iterum *Buſuntius* & *Mandroda*, utraque ad Dubam flumen, & in Burgundia. Diligentior namque & magis accurata eſt Caſtorii deſcriptio, quam Athanaridi.

[g] Hæc urbs ab aliis tacetur.

[h] *Dubis* Arari miſcetur, & hic poſtea labitur in Rhodanum.

[i] Si Sequanam hoc verbo deſignat error eſt; ſi Sauconam, *la Saone*, quid Arab? quod verbum pro Arari poſitum arbitrabar. Ejuſdem fluvii forſan duo nomina ſunt.

XXVIII. Item juxta præfatam Burgundiam, proxima mari Gallico est patria, quæ dicitur provincia Septimania: quam prænominatam Septimaniam descripserunt philosophi, qui superius dictam Burgundiam descripserunt: ipsi & eamdem designaverunt. Sed ego, secundum suprascriptum Castorium, inferius dictas civitates ejusdem [a] Septimaniæ provinciæ nominavi. In Septimania plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus, id est [b] Ponvinæ, [c] Scarpiana, Nicea, [d] Melacondicia, Antipolis, [e] Orea, Foro Divi Julii, [f] Foro Boconi, Teloni, [g] Pa-

[a] Gothia Romanorumque Provincia, maxima saltem ex parte, hic sub *Septimaniæ* nomine describitur. Hoc loco Hohorati *Bouche* sententia & momenta exploduntur, & intra Septimaniæ fines conclusam olim fuisse Provinciam evidenter patet.

[b] In Periplo nostro *Pomune* scribitur, ac sub neutro scribendi modo apud ceteros occurrit.

[c] Utrum sic legi debeat, vel ut in nostro Periplo *Scapiana*, nemo nos docet.

[d] Ceteri hunc quoque locum prætermittunt. Legendum puto *Melacon Ditiatum*. Vide Notas nostras infra ad hoc verbum in Periplo nostro.

[e] *Ad Horrea* Antonino & Peutingerian. tabulæ. Hodie *Grasse*, id certe *D. Bouche* suspicatur.

[f] *Forum Voconi* scribunt Antoninus & Peut. tabula.

[g] *Matavi*, aut *Matavonem*, ut in Peut. tabula & apud Antoninum, hic legendum quis forsan suspicaretur; verum in Periplo nostro repetitur *Patavi*, quod hîc quoque observabis Teloni postponi, cum tamen debeat præponi si *Matavo* sit.

tavi, [a] Carcarium, [b] Tegulitia, Aquis Sextis, Maxilia, [c] Solarium, Calcaria, [d] Advicesimum, [e] Colonia Maritima, [f] Fossis Marianis, Arelaton, [g] Nemaus, [h] Megalona, Agathe, [i] Beteroris, Narbone, [k] Ruscilone, Carcasona, [l] Caucholiberi. Item litus maris, juxta suprascriptam civitatem, quæ dicitur Fossis Marianis, est civitas quæ dicitur [m] Calum.

[a] In Periplo nostro *Carnarium.* De hoc loco silentium altum apud ceteros.

[b] *Tegulata* scribitur ab Antonino & Peut. tab. *Tegulitia* tamen retinet noster Periplus.

[c] *Solarianum* in Periplo nostro, locus est aliis incognitus.

[d] Statio hæc à ceteris non designatur : incertum proinde manet, utrum xx. mill. distet à *Colonia Maritima*, an vero à *Calcaria*.

[e] Ptolemæo Μαριτίμα κολώνια Ἀυατικῶν πόλις. Plinio, *oppidum Maritima Avaticorum*, item Melæ. Hodie *Martegue.* Valesii Notitiam Galliarum consule si lubet.

[f] Hodie vicus dictus *Fos.*

[g] Sive *Nemausus*, *Nismes.*

[h] Hæc prima, quæ occurrat hujus loci mentio, nisi paucis annis præcedat illa *civitatis Megalonensium* in provincia Narbonensi prima, quæ habetur in Notitia civitatum & provinciarum Galliæ. Nunc *Maguelonne.*

[i] Plinio, Straboni, Melæ &c. *Blitera*, Peut. tab. *Beteris*, *Biterris* Itiner. Jerosolymit. *Beterra* Antonin.

[k] *Ruscino* Plinio, Straboni, Livio. Nunc *la Tour de Roussillon.*

[l] Antiquior nulla hujus loci mentio.

[m] Sic scribitur & in Periplo nostro, ubi & inter Agatham & Lataram recensetur. De ea tamen alibi nulla memoria.

Item civitas [a] Latara, [b] Sestantione, Agæ Convenarum, [c] Burrea, Abate, [d] Rusino, Agæ Calidæ. Per quam Septimaniam Provinciam transeunt plurima flumina, inter cetera, quæ dicuntur [e] Orobs & [f] Edas qui ingreditur in mare Gallicum, lacus Narbonensis.

XXIX. Item litus maris Gallici, ad frontem suprascriptæ provinciæ Septimaniæ, iterum ad frontem suprascriptæ antedictæ Burgundiæ, est patria nobilissima & omnino fertilis, quæ dicitur Italia. Quam Italiam plurimi descripserunt philosophi, ex quibus ego legi multoties dictum Castorium & Lolianum atque Arbitionem Romanorum philosophos, & suprascriptum Anaridum & Eldebaldum atque Marcomirum Gothorum philosophos: sed non æqualiter præfatam exposuerunt patriam, vel ejusdem patriæ civitates non consonanter nomi-

[a] Hodie *la Tour de Late.*

[b] In Itinerario Jerosolymitano scribitur *Sestantione*, à Theodulfo in parænesi ad judices *Sextantione*. Nunc dicitur *Soustancion*.

[c] *Burrea* & *Abate* incognitæ urbes fuere hactenus. Mendum tamen aliquod suspicor, pro Abate siquidem infra in Periplo nostro *Buget* scribitur.

[d] Locus diversus à *Ruscinone*, ut ex Periplo nostro evincitur.

[e] *L'Orbe*, Ὄρβις à Ptolemæo vocatur. Ὄβρις à Strabone.

[f] Id est Atax, l'*Aude*, qui Narbonem alluit, *Adix* nominatur in appendice ad Chronicon Fredegarii.

naverunt, ſed alius dixit aliter, alius dixit alio modo. Sed ego, ſecundum prænominatum Caſtorium, prædictam Italiam, vel ejus civitates nominavi. Quæ Italia habet infra ſe provincias famoſiſſimas [a] decem & octo, id eſt Liguria, provincia [b] Venetiarum, Hyſtria. Nam iterum per imperialem eſtratam, proxima ſupraſcriptæ provinciæ Liguriæ Trans-Padinæ eſt provincia, quæ dicitur Æmilia: & ad mare magnum Adriaticum eſt provincia Flaminia Ravennatis, item [c] Annonaria Pentapolenſis; eſt ſuper ip-

a Numerum hunc nec auget, nec minuit Paulus Diac. lib. 2. de Geſt. Longob. Verum alias provinciarum diſtributiones inſtituit. Attende quod, ut notatus hic numerus compleatur, addendæ tres inſulæ ſunt, Sicilia ſcilicet, Sardinia & Corſica, id quod & Paulus Warnefr. præſtitit.

b *Venetia*, inquit Paulus Diac. lib. 2. cap. 14. *non ſolum in paucis inſul. , quas nunc Venetias dicimus, conſtat: ſed ejus terminus à Pannonia finibus, uſque Adduam fluvium protelatur.*

c *Tuſciam Annonariam* memorant Ammian. Marcell. lib. 27. & Pelagii Papæ epiſtola ad Gaudentium, Maximilianum, &c. *Picenum Annonarium* memoratur in Notitia dignit. Imper. ſect. 34. & 35. *Annonariæ regionis* abſolute Trebellius Pollio meminit in vita Tetrici. *Annonaria* vero *Pentapolenſis* numquam hactenus audita. Advertendum etiam, quod ex hoc loco Ravenna extra Pentapolim ſtatuitur: contrarium tamen exiſtimabat Rubeus, quin immo & à quinque partibus, quibus Ravenna conſtabat, nomen repetebat Pentapoleos, quæ Paulo Diacono teſte lib. 2. cap. 19. à quinque oppidis, diverſis à Ravenna, ſic dicebatur.

ſam Pentapolim, id eſt provincia [a] Caſtellorum, quæ ab antiquis. Item ad mare magnum Adriaticum, juxra præfatam Pentapolim, eſt provincia Spolitium [b] Sacenſis, item provincia, quæ dicitur Calabria Brindicenſis. Gyrat autem ipſa Italia, id eſt de Adriatico mare in Gallico à provincia [c] Pritas Rigienſis. Nam & eſt provincia inter Adriaticum mare, & Gallicum media, quæ ab antiquis dicitur Campania, quæ nunc Beneventanorum dicitur patria. Juxta verò mare Gallicum, eſt provincia in ipſa Italia, quæ dicitur Lucania. Item provincia Campania Terracinenſis; item provincia [d] Romæ Tuſcia, item provincia Maritima Italorum, quæ dicitur [e] Lunenſis, & Vigintimilii & ceterarum civitatum. Quæ provincia, juxta mare Gallicum, confinalis exiſtit de ſupra ſcripta provincia Septimania.

[a] *Provincia Caſtellorum* nomen regionis eſt, non minus inauditæ quam *Annonaria Pentapolenſis*.

[b] Hujus nominis ratio in aperto non eſt.

[c] Hujus nominis partem extremam à Regio oppido repeto, prior vero undenam deducatur non mihi liquet.

[d] Appoſite Paulus Varnefrid. lib. 2. cap. 17. *In hac provincia* (Tuſcia ſcilicet) *Roma ... eſt conſtituta*.

[e] *Luna* oppidum ad Etruriam pertinuit ex Plinio lib. 4. & ex Ptolemæo; ad Liguriam autem ex Strabone & Mela.

XXX. Quam præfatam nobilissimam Italiam, quidam philosophi amplius quam septingintas civitates habuisse dixerunt, ex quibus aliquantas denominare volumus, id est civitas [a] Alpediam, item Gessabone, [b] Occellio, Fines, [c] Staurinis. Item juxta Alpes, est civitas quæ dicitur Graia, item [d] Arebridium, item Augusta Prætoria, [e] Bitricium, [f] Eporea. Item [juxta] supra-scriptam civitatem, quæ dicitur Staurinis, est civitas quæ appellatur [g] Quadrata mumum, item Rigomagus, [h] Costias, [i] Laumellon, [k] Papia, quæ & Ticinus, [l] Lambrum, [m] Quadratam Padam. Item juxta suprascriptam Eporeiam, non lon-

[a] *Alpedia* & *Gessabone* urbes sunt incognitæ hactenus.

[b] *Ocelum* Cæsari, Straboni Ὤκελον. *Exiles* hodie.

[c] Pro *Taurinis* positum nemo non intelligit.

[d] *Arebrigium* Antonino & Peut. tabulæ.

[e] *Vitricium* Antonino, *Utricium* Peut. tabulæ.

[f] Ceteris *Eporadia*, *Ivree* nunc.

[g] Dictio illa *mumum* posita videtur ad distinctionem *Quadratæ Padæ*, de qua infra. *Quadratas* absolute semel memorat Antoninus.

[h] Antonino ceterisque *Cottias*.

[i] Præter Antoninum hujus meminit etiam Paulus Vvarnefridi, lib. 3. cap. 36.

[k] Sic & Paulus Diaconus lib. 2. cap. 15. hanc urbem vocat, sed nullus ætate ipsi superior, qui ad nos devenerit.

[l] *Lambrus* Plinio fluvius est, quem inter *Ticinum* & *Adduam* recenset.

[m] *Quadrata* hæc aut ignorabatur, aut confundebatur cum altera.

gè ab Alpe, eſt civitas quæ dicitur [a] Victimulą, item [b] Oxilla, [c] Scationa, Mageſale, Bontia, Bellenica, [d] Bellitiona, Omula, [e] Clevenæ. Item ad partem inferioris Italiæ ſunt civitates, id eſt [f] Plubia, quæ confinatur ex prædicto terrore Staurinenſis. Item Vercellis, Novaria, [g] Sibrium, Comum, Mediulanum, Laude Pompei, [h] Pergamum, [i] Leuceris, Brixia, [k] Acerculas, Cremona, [l] Ariolita, Verona, [m] Brediaco, Mantoa,

[a] Straboni lib. 5. dicitur Ιχτυμούλων χώμη ἐν Οὐερκέλλαις. Plinius quoque lib. 33. cap. 22. meminit *Ictumulorum aurifodinæ*, *Vercellenſi agro*.

[b] Οσκελλα Ptolemæo.

[c] *Scationa, Mageſale, Bontia*, *Bellenica* & *Omula* Alpium jugis occultatæ, ceterorum ſcriptorum diligentiam effugerunt.

[d] *Bellitionis*, ſeu *Bilitionis Caſtri* mentionem habes apud Paulum Vvarnefridi lib. 3. cap. 32. & apud Gregorium Turonenſem. Nunc *Belinzona* dicitur.

[e] *Clavenna* Antonino & Peut. tab. Italis nunc *Chiavenna*.

[f] Hæc accenſenda incognitis eſt: Ab omnibus ſiquidem ſiletur.

[g] Nullus ſcriptor meminit illius loci.

[h] *Bergomum* quidem ut plurimum, *Pergamum* tamen etiam quandoque apud medii ævi ſcriptores ſcribitur.

[i] Urbs ceteris incognita, ſi Peuting. tabul. exceperis, ubi xx. milliar. à *Bergomo*, xxxv. à *Brixia* ſtatuitur.

[k] Ceteris *Acerra*, aut Ἀχέῤῥαι, nunc vicus dictus *Giherra*.

[l] Peutingerianæ tabulæ *Ariolica*. *Ardelica* ſcribi jubebat Cluverius, ex veteri lapide. Verum *Ariolica* diverſus forſan locus eſt ab *Ardelica*.

[m] Locus antiquis ſcriptoribus notus, ut qui maxime: mire tamen in ſcribendi ratione variant, legitur enim *Bebriacum*, *Betriacus*, *Bedriacus*, &c.

[a] Hostilia, [b] Foralieni.

Item desuper, non longè ab Alpibus, sunt civitates, id est [c] Sirmio, [d] Garda, [e] Ligeris, [f] Trincto, Inia, [g] Tredentem. Item ex regione Venetiarum sunt civitates, id Venetia, Patavium, Altinum, Concordia, Tarbisicn, Opitergium. Item supra sunt civitates, id est Filtrio, [h] Susonnia, [i] Ceneda, Aquileia, Foro-Julium. Item è regione Histriæ sunt civitates, id est Tergestæ, [k] Siparis, Huma-

[a] *Osteia* nunc ad lævam Padi ripam.

[b] Id est *Forum Alieni*, ut legitur apud Tacitum. *Ferrariam* nunc dici existimavit cum Bocacio Cluverius, Leander Albertus negavit, nixus auctoritate vetustissimæ picturæ, quæ Italiam exhibebat. Eam vidisse se Peregrinus Priscianus perhibuit, & ibidem *Forum Alieni* observasse ad dextram Padi ripam LIV. mill. infra *Ostilia*, seu *Hostilia*.

[c] Castellum nunc *Sermione* vocatum in peninsula lacus, qui olim dicebatur *Benacus*. *Sirmio* autem Catulli fuit aut patria, aut saltem possessio, ut ex ipsius carmine 32. conficitur, & Cluverius observavit.

[d] Ex hac urbe nomen recens mutuatus est lacus olim *Benacus*, nunc *de Garda* appellatus.

[e] *Lagare*, aut *Legare* Paulo Diacono nominatur lib. 3. cap. 9. Hinc *Gardam* & *Legarem* diversas esse urbes conficitur; contrarium tamen suspicabatur Cluverius.

[f] *Trincto* & *Inia* ignorabantur prius, si loca diversa sint à *Tinnetio* & *Vannia*, quod fere pro certo mihi est.

[g] *Tridentum* intellige.

[h] A ceteris omissa urbs.

[i] Eodem modo etiamnum vocatur, olim vero *Ceneta*.

[k] Nunc *Sipar*. Nemo veterum illius meminit, neque de *Humago* oppido, quod nunc quoque *Humago* dicitur.

go,[a] Neapolis, Parentio,[b] Revigno, Pola.

XXXI. Dicere civitates ejuſdem Italiæ, circa maris litora poſitas, ab ima Italia inchoëmus, id eſt à civitate [c] Arſiæ, quæ finitur inter provincias Liburniam, vel Hiſtriam. Sed quia jam antea alias civitates nominavimus, ut membratim eas per ſingulas provincïas exponeremus, attamen ut ſignificemus quæ civitates, vel civitatum territorium, id eſt Arſia, [d] Neſatio, Pola, Ruvignio, Parentium, Neapolis, Humago, Siparis, [e] Silbio, [f] Piranon, [g] Capris, Ter-

[a] Hodie *Cita nova*, ab antiquis etiam omiſſa. *Poſt deletam Æmoniam, urbs hæc condita, Civitaſque nova dicta*, inquit *Leand. Albertus.*

[b] Nunc etiam *Rovigno*. Veteribus ſcriptoribus incognitum nomen.

[c] Nunc puto, vocatur *Arſena*, ſeu *Arſeva*, variant enim tabulæ. Eſt quidem non procul ab ea fluvius *Arſia* dictus à Plinio & aliis, nunc vero *Arſa*. Urbs vero *Arſia* tum Plinio, tum ceteris fuit incognita.

[d] Sic vocatur & à Livio, *Neſactium* licet ſcribat Plinius, Ptolemæus vero Νέσακτον. In Ciſano Promontorio ſtetiſſe, aliquorum eſſe ſententiam notat Leand. Albertus: verum id minime patitur ſitus inter Polam & Arſiam fluvium, qui conſtanter ei ubique aſſignatur.

[e] *Silbonis* ſcribitur in Periplo noſtro; in Peut. tabul. *Silvo. Silvium* olim dictum fuiſſe Cluverius opinatur.

[f] Nunc etiam *Piran* vocatur. Veterum nullus illud memorat. *Poſt Attilæ vaſtationem ædificatum* docet Leand. Albertus, nec plura.

[g] *Juſtinopolis* olim nominata. Eſt ſiquidem *Ægida oppidum civium Romanorum*, ut loquitur Plinius. Jam pluſquam ſemel monuimus, Anonymum noſtrum Latinam Græcorum nominum ſignificationem ipſis Græcis nominibus ſubſtituere. Nunc *Caput Iſtriæ* dicitur.

géſton, Foro Julium, [a] Puciolis, Aquileia, Concordia, Altinum, [b] Tribiſium, Patavium, [c] Monſſilicis, [d] Proſilia, [e] Adeſtum, [f] Adrianopolis, Ravenna nobiliſſima, in qua licet idiota ego hujus coſmographiæ expoſitor, Chriſto adjuvante genitus ſum. Item civitatem [g] Cæſaream, Claſſis, Ariminum, Peſaurum, Fanum, Senegalia, [h] Sextia, Ancona, Numana, Potentia, [i] Sacrata, [k] Fleſor, [l] Pau-

[a] De hac urbe ſiletur omnino apud auctores. *Putiolis* ſcribitur in Periplo noſtro.

[b] *Tarbiſium* ſupra, ceteris *Tarviſium.*

[c] Hodie *Monſelece.* Nullus Paulo Varnefridi antiquior illius meminit.

[d] Ceteris quibuſcumque ignota: in Periplo tamen noſtro repetitur.

[e] *Adeſtum* licet ſecundo legatur in Periplo noſtro, exiſtimo tamen locum hunc eſſe *Ateſte*, de quo Plinius, Tacitus, Ptolemæus, Antoninus, &c. Nunc *Eſte.*

[f] *Radriani* mendoſe legitur in Peuting. tab. *Ariano* nunc nuncupatur.

[g] *Trino*, inquit Jordanis cap. 29. *urbs vocabulo gloriatur, trigeminaque poſitione exultat: id eſt prima Ravenna; ultima Claſſis; media Cæſarea inter urbem & mare.* Tot nihilominus urbes numerat Anonymus noſter, quot ſunt hic nomina. Pro Claſſe quidem ipſi accedit Paulus Vvarnefridi lib. 6. capp. 44 & 49. & merito, nam ſecundo à Ravenna milliario poſita eſt, ut recens obſervavit celeberrimus noſter Mabillonius in ſuo itinere Italico.

[h] *Seſtias* in Peutingeriana tabula.

[i] A ſola Peut. tabula memoratur. Nunc appellatur *Porto di monte Santo.*

[k] Peutinger. tabul. *Fluſor fluvius*, hodie *Chiento. Fleſor* iterum legitur in noſtro Periplo.

[l] Lege *Pauſulas*, ut in Periplo noſtro, in Peutingeriana tabula, apud Plinium & alios.

ſas, [a] Tinna, [b] Sabina, Aſculum; [c] Abrutio, [d] Pinnis, [e] Balba, quæ vel ſi à mari centum millia ponitur, tamen territorium ejus uſque ad mare pertingit. Item Aderno, Ortona, Anxanum, [f] Teadem, [g] Annum, Pallannum, [h] Iſtonio, Larinum, [i] Teanopolon, [k] Ergitium, [l] Tatiniæ, Pordona, Atræ, Sipontos, [m] Anxanum, [n] Salinis, Auſi-

[a] Hodie etiam hic eſt fluvius qui *Tinna* & *Tenna* nominatur. *Tunna* ſcribitur in Peut. tab.

[b] A ceteris omnibus ſiletur. In Periplo noſtro minime apparet.

[c] Et de eo nihil quoque dicitur apud auctores nec in Periplo noſtro.

[d] Nunc *cita di Penna*. *Pinnenſium* Plinius meminit. *Pinna* in ſingulari numero vocatur in Peut. tab. *Pinna* apud Paul. Diacon.

[e] Legi debet *Alba*, ut mihi quidem videtur.

[f] *Teadem* iterum ſcriptum reperies in Periplo noſtro, *Teate* tamen veteres pingũt.

[g] *Annum* & *Pallanum* in ſola Peutingeriana tabula occurrunt: *Annum* quidem III. mill. ab *Anxano*, hoc vero IV. mill. ab *Anno*, XII. ab *Iſtonio*.

[h] Legit Plinius cum aſpiratione *Hiſtonium*, Ptolemæus autem & tabula Peutinger. abſque aſpiratione.

[i] Id eſt *Teanum Apulum*, de quo Strabo lib. 6. corruptius in Peutinger. tabula vocatur *Teneapulo*.

[k] Oppidum hoc omnium ſcriptorum diligentiam fugit, ſi Peuting. tabulam exceperis, ubi à Siponto XV. mill diſparatur.

[l] *Tatiniæ*, ſeu ut in Periplo noſtro *Hoccinia*, *Pordona* & *Atra*, ab omnibus, Peutinger. ne quidem excepta, prætermittuntur.

[m] Urbs diverſa à cognomine, quam paulo ſupra vidimus, ut teſtis eſt, præter noſtrum Periplum, Peutingeriana tabula. Hanc ceteri neſciunt.

[n] *Salinas* etiam, præter Peutinger. tabulam, omnes ſilentio prætereunt. Diſtant in eadem Peuting. tab. XII. mill. ab *Anxano*, hoc autem IX. à *Siponto*.

dum, [a] Bardulos, Tirenum, [b] Natiolum, Barium, [c] Turris Cæsaris, [d] Dixium, [e] Gnatia, Speluncas, [f] Brendesum, [g] Baletium, [h] Lupia, [i] Ydrontus, [k] Minervium, [l] Veretum, [m] Mirtum, [n] Baletium, [o] Neretum, [p] Manduris, Ta-

[a] *Bardulos*, *Tirenum* & aliquot ex his quæ sequuntur, à sola Peuting. tab. indicabantur prius, cum variationibus nonnullis, *Turenum*, verbi gratia, pro *Tirenum*. Hodie *Trani*. *Barduli* vero nunc *Barletta*.

[b] Nunc *Giovenasso*, urbs episcopali sede clara.

[c] Antonino *Turribus*, forte *Turres Julianæ* Itinerar. Jerosol. *Turris Cæsaris* dicitur etiam Peut. tab.

[d] Sic in Periplo nostro scribitur, *Dertum* autem in Peut. tab. IX. mill. à *Turri Cæsaris*.

[e] *Egnatia* Antonino & Peut. tab. *Gnatia* Horatio lib. I. Sat. 5.

[f] *Brundusium* intellige, sive *Brundisium*, nunc *Brindisi*.

[g] Peutinger. tab. *Balentium*, *Balesium* Plinio, Melæ *Valetium*, Βαρήτιον Stephano.

[h] Nunc dici *Torre di san Cataldo* Cluverius existimat.

[i] Ceteris *Hydrus*, vel *Hydruntum*, *Otranto*.

[k] Locus ab antiquis modo *Minervæ castrum*, modo *Arx Minervæ*, modo *Templum Minervæ* dictum, hodie *Castro*.

[l] Οὐέρετον Straboni in Salentinis. *Veretum* etiam Peuting. tab.

[m] In Peut. tab. *Veretum* inter & *Baletium*, *Vhintum* legitur, ab utroque X. mill. disparatum. In Periplo nostro *Mirtum* omittitur, sed neque occurrit *Vhintum* ibidem. Utrum autem *Mirtum* idem sit quod *Vhintum*, affirmare non audeo, licet id supicer.

[n] *Saletium* scribitur in Periplo nostro, *Baletium* vero etiam in Peut. tab. ubi *Soletum* legi debere jam Cluverius augurabatur. Error tamen in exscriptoris imperitiam, quod ille volebat, non omnino rejiciendus est.

[o] Hodie *Nardo*.

[p] Incertum an *Mandula*, aut *Casal novo*.

rentum, [a] Mesochorum, Metapontum, Heraclea; [b] Scinasium, Turris; [c] Pelia, Grotona, [d] Pacenio; [e] Annibal.

XXXII. Item juxta fretum, quod dividit inter insulam Siciliarum & Italiam, est civitas quæ dicitur, [f] Caulon. Item Locris, [g] Syleon, Leucopetra, [h] Rhegio Julii, [i] Columna Rhegia, [k] Artiadis,

[a] Id est Μέσος χῶρος, nunc *Misciagno*, ut me docet Cluverius, quem summa admodum diligentia Italiam ex veteribus scriptoribus descripsisse observo.

[b] *Semnum* in Peut. tabul. situm obtinet inter *Heracleam* & *Turrem*, *Scilasium* tamen hic legi debere suspicor, *Scilatio* enim in Peut. tab. reponitur, inter *Annibal* & *Vibonam Balentiam*, *Scylacium* seu *Scyllaceum* antiquorum est, nunc *Squilacci* dictum. Hic locus pro pria sede motus est, post *Castra Annibalis* enim memorari debuit.

[c] Lege cum ceteris *Petelia*, aut *Petilia*, nunc *Belicastro*.

[d] Vel promontorium *Lacinium*, hodie *Capo delle Colonne* intellige, vel Junonis Laciniæ templum ibidem exstructum.

[e] *Castra Annibalis* vocatur locus ille à Plinio, Martiano, &c.

[f] *Caulonia* etiam quandoque dicitur apud veteres.

[g] Eodem omnino ordine *Scyllaum* recensetur in Peut. tab. quæ hic etiam à Siculi maris litore ad Etrusci maris litus excurrit, & LX. mill. inter *Locros* & *Scyllaum* numerat, hinc vero XX. *Leucopetram*.

[h] Attende quod *Julii* cognomen hoc, ex solo Ptolemæo prius habebatur.

[i] Sic scribitur apud Plin. lib. 3. sect. X, etiam in ultima editione, *Rhegina* licet legere Cluverius jubeat.

[k] *Arciades* Peut. tab. Cluverius ambigebat an oppidi nomen hoc fuerit, an vero fluminis, quod *Argeades* Varroni dicitur. Urbem fuisse nunc videtur.

tiadis, Tauriana, [a] Amantia, [b] Agello. Item juxta mare Gallicum est civitas quæ dicitur [c] Bibona Balentia, item [d] Tanum, Tempsa, [e] Clampetia, Cerellis, [f] Laminium, Blandas, [g] Cesernia, Buxentum, [h] Bellias, Pæstum, Silarum, Surentum, Stabium, [i] Sarnum,

a *Amantiam* memorant Constantinus Porphyrogen. Cedrenus & Curopalat. Sed nullus ætate ipsis superior. In Peut. tab. ultra *Vibonam Balentiam Annicia* cernitur in mediterraneis, & ultra *Anniciam Aqua Anga*, VIII. scilicet mill. Verum hæc nihil forsan ad *Amantiam* & ad *Agellum*.

b *Agellum* itaque inter hactenus incognitas urbes censeatur. *Angitula* tamen fluvius, de quo Antoninus, non procul hinc fluebat.

c *Vibona Valentia* colonia fuit non in celebris.

d Peut. tabulæ *Tannum* flumen, XIII. mill. à *Tempsa*: nomen ceteris incognitum est.

e *Clampetiam* vocari nunc ab incolis *Amantea*, credidit Cluverius. Erraffe autem hac in parte virum alioqui diligentissimũ verisimile est: *Amantiam* enim & *Clampetiam* manifeste distinguit Anonymus noster. Erroris causa fuerit æqualis forsan distantia *Clampetia* & *Amantia* à *Cerillis*. Ut tamen Cluverii certus sit lapsus, *Amantiam* & *Clampetiam* oportet unam è regione alterius positam ita fuisse, ut *Amantia* ad mare propius accederet. Verum, ut quod est fatear, in Periplo nostro recensetur *Clampetia*, *Amantia* reticetur. Nodum hunc alteri solvendum permitto.

f In Periplo nostro scribitur *Lanimunium*, *Lavinium* in Peuting. tabula. *Lainum* scribi debere contendit Cluverius, cui non facile accesserim.

g Præter tabulam Peuting. nullus hujus meminit.

h *Veliam* intellige. Hodie *Pisciotta* Cluverio

i Urbs Principatus titulo nunc insignita, sed ab antiquis non memoratur.

Pompei, [a] Oplontis, [b] Merclanium; Neapolis, Puteoli, [c] In viniis, [d] Misium, Baïas, Cumas, Liternum, [e] Bulturnum, [f] Safon, Sinuessa, Gaieta, Formiæ, Fundi, Tarracina, Turris, [g] Cercellis, [h] Turres albas, Clostris, Asturas, Antium, Lavinium, Ostia Tiberina, Portum Augusti, [i] Alsium, Purgos, Punicum, Castro novo, Centum-cellis, Minium; Tabellaria, Gravisca; Martha, Forum Aurelii, [k] Armenta, Ad novas, Subcosa, Cosa, [l] Ad portum Cossam,

[a] *Opolentis* Periplo nostro, *Oplontis* tamen exhibet & Peut. tab.

[b] Mendose pro *Herclanium*. Sic tamen scribitur & in nostro Periplo.

[c] Locum hunc notat & Peut. tab. sed nullus alius.

[d] Altum de hoc loco silentium apud auctores. Si post Baias occurreret, corruptum esse *Miseni* nomen assererem, idque etiamnum suspicor.

[e] Toties jam reperta est mutatio elementi *V* in *B*, ut necessitas non sit monere positum hoc esse pro *Vulturnum*.

[f] Plinio & Statio *Savo flumen*. *Safon* scribit & Peuting. tab. Id ad amanuensis oscitantiam referebat Cluverius. Verum cum hic, & in nostro Periplo similiter legatur, usui temporibus illis recepto potius deputandum.

[g] *Circei* legi debet. Id ex antiquis scriptoribus benemultis probare esset in promptu.

[h] *Turres* has, ut & eas, quæ præcedunt exhibet sola Peut. tabula.

[i] Cui minus nota loca hæc fuerint, Cluverium & Leand. Albertum consulat.

[k] Hodie *Armine* fluvius. Hinc *Armenia* legi volebat Cluverius in Peuting. tabul. quæ *Armenta* & ipsa scribit. Retinendum tamen censeo *Armenta*; in Periplo etenim nostro iterum occurrit.

[l] Nunc *Porto di Ercole*. *Portus Herculis* est, aliquando etiam *Portus Cosanus* vocatus apud veteres.

Albinia, Telamone, Hasta, Umbrone, [a] Salembro, [b] Malliana, Populoni, [c] Badis Volatianis, [d] Celsilon, [e] Bullia, Erculis, [f] Fines, Piscinis, [g] Turrida, Pisas, Fossis Papyrianis, [h] Taverna frigida, Lunæ, [i] Pullion, Bibola, Rubra, [k] Conclium, Bulnetia, [l] Boron, [m] Be-

[a] *Saleborna* Peuting. tabulæ, *Salebro* Antonino vocatur.

[b] *Manliana* Antonino, Peutingerianæ tabulæ *Maniliana*.

[c] Intellige *Vada Volaterana* de quibus Cicero in Oratione pro P. Quinctio.

[d] Periplo nostro *Celsin. Cæcinam* fluvium, aut urbem juxta ipsum positam existimarem, nisi post *Vada Volaterana* situs ejus etiam in Periplo nostro notaretur.

[e] Periplo nostro *Ballia*; Peut. tabulæ *Velinis*. Locus à ceteris neglectus: hinc Cluverii dejectæ conjecturæ.

[f] Hos *Fines* aliter Cluverius disponit, nimirum ante *Herculis portum*, quem hodie *Ligorno* asserit nuncupari. Verum situm eumdem, qui eis hic assignatur, retinent & in nostro Periplo.

[g] *Turrita* Peut. tabulæ, Rutilio autem *Triturrita*, metri forte gratia.

[h] Mirum in modum itineraria Peutingeri tabula à nostro Anonymo illustratur; & ab ea vicissim auctoritatem mutuatur hic Ravennas. *Tabernamfrigidam* nemo veterum cum Peuting tabula indicabat, sappetias ipsi fert chorographicum opus nostrum, multaque dicendi nobis ansam præberet in hac Italiæ descriptione, nisi operam nostram eruditissimus & accuratissimus Cluverius occupasset.

[i] *Pullion*, *Bibola*, *Rubra* & *Bulnetia* à ceteris omnibus silentur.

[k] *Cornelia* occurrit in hoc situ apud nostrum Periplum. De *Conclio* nihil apud scriptores. De *Cornelia* vage admodum, tamquam de Italiæ urbe, mentio apud Phleg. Trallianum & Balbum MS. Nansii, ut docet Ortelius ad verbum *Cornelia*.

[l] Nomen ex sola notum Peut. tabula.

[m] Ignotus antea locus.

xum, [a] Turres, Statilæ, Apennina, [b] Ad monilia, Ad solaria, Ricina, Genua, [c] Ficlinis, [d] Nabalia, Alba Docilia, Vico Virginis, Batis Sabatis, [e] Albinganis, [f] Luco Vermanis, Costa Ballenis, Ad Vinctimilio, Alpe maritima, ubi juxta litus maris Gallici completur Italia.

XXXIII. Item juxta Fines [g] Albius suprascriptæ Italiæ est civitas quæ dicitur [h] Ororiatis. Item [i] Albis, Polentia, [k] Pollentino, Agodano, Armesi, Diovia, Capris. Item aliam partem Ita-

[a] Dubius hæreo, utrum legendum sit consequenter absque commate *Turres Statila*, an vero diversa loca his nominibus significentur. Nihil enim mihi de illis scriptores indicant *Aqua Statelia*, si quidem, de quibus Peut. procul hinc.

[b] Nunc vicus dictus, *Moneglia*. Locus ille cum duobus sequentibus ex sola Peut. tabul. prius noscebatur.

[c] Peut. tabulæ *Ad Figlinas*, *Ficlinis* retinet Periplus. Urbem hanc & sequentes usque ad *Vada Sabata*, una memorat Peutingeriana tabula.

[d] *Ad Navalia* Peutinger. tab. XIII. mill. ab *Alba Docilia*.

[e] Lege *Albingaunum*, cum Antonino & Peut. tabula, vel *Albium Ingaunium*, ut apud Plinium & Varronem.

[f] Tabula Peutingeriana legit *Luco Bormani*, *Costa Ballene* & *Albentimillo*, paucaque immutat in his verbis Antoninus.

[g] Incertum an Alpios, Albios aut alios legi debeat.

[h] Incognitus locus.

[i] *Albam Pompeiam* intellige.

[k] De *Pollentino*, *Agodano*, *Armesi*, *Diovia* & *Capris* nullibi extat memoria, nisi *Capra* locus ille sit, ubi Totila vitam explevit, ut habetur apud Procop. Gothicæ historiæ lib. 4. Id tamen non facile crediderim: apud Ligures enim hærere nunc videtur noster Anonymus.

liæ, est civitas quæ dicitur [a] Levarnæ, quæ confinalis existit prædictæ civitati maritimæ, quam prædiximus Genua. Item est confinalis prædictæ civitatis Levarnis, civitas quæ dicitur Dertona, item civitas Placentia, [b] Florentiola, Fidentia, Julia [c] Chrysopolis, quæ est Parma, [d] Becillum, Tanetum, [e] Lepidum-Regium, Mutina, Forum Gallorum, Bononia, Claternum, Foro Corneli, Faventia, [f] Forum Julii, [g] Forum Populi,

[a] Plinio & Ptolemæo *Libarna*.

[b] Hodie *Fiorenzuola*. *Florentia* absolute vocatur in Peut. tabula & ab Antonino, id quod Suritæ negotii plurimum fecit. De Tuscorum siquidem Florentia agi credebat, quod minime verum est.

[c] Hoc loco suspecta Albertutii fides stabilitur. Ille enim ex veteri inscriptione, quam asserebat à se visam, *Juliæ Chrysopolis* nomen aliquando *Parmæ* impositum fuisse propugnabat. Albertus aliique credere recusabant, suppositionis lapidem postulantes.

[d] Lege *Brixellum* cum Plinio, Tacito, Suetonio, Ptolemæo, &c. *Brexillum* scribitur apud Paulum Diacon.

[e] Olim *Forum Lepidi*, postea *Regium Lepidi*, nunc *Reggio*. In Peut. tab. distat à *Tanneto* XI. mill.

[f] Ceteris *Forum Livii* vocatur, excepto Antonino, qui legit etiam *Forum Juli*, non quidem in editione Suritæ, sed in ea, quam Simlerus adornavit. Id autem in Librariorum incuriam Cluverius refundebat. Cum tamen idem legendi modus in nostro Anonymo deprehendatur, utrum vera sit Cluverii suspicio, in dubium potest revocari.

[g] Cum hinc plurimum distet *Forum Populi*, legendum videtur *Forum Popilii*, qui locus *Foro Livi* proximus est. *Forum Populi* nihilominus scribitur & in Peuting. tab. VII. mill. à *Foro Livi*.

& desuper [a] Besania, Cesina, & desuper Sesena, [b] Monte Feletre, Orbino, Foro-Sempronii, [c] Intercissa, [d] Gallis, [e] Lutiolis, [f] Eugube, quæ dicitur [g] Interbio vel Constantiniana, atque [h] Julia-Perusia, [i] Petona, Tuder, Ameria, [k] Hortas, Faleris, [l] Galenese, Nepe, [m] Bacanis, [n] Beios, [o] Careias, Roma insignis, nobilissima. Item desuper, ci-

[a] Suspecta mihi vox, aut saltem ignoti oppidi nomen.

[b] Procopio *Mons Feretrus*, nunc *Monfeltre*.

[c] Peutingerianæ tabulæ *Ad intercissa*. Procopio, Freculfo & aliis *Petra Pertusa* Cluverio teste.

[d] *Ad Calem* Peut. tabulæ, *Ad Cale* Itinerario Jerosolymitano Antonino autem *Calle* vicus, id quod proxime accedit ad Gallis, familiaris si quidem est in codice nostro mutatio *C* in *G* & *e* contra. Nunc *Cagli* urbs episcopali sede nobilitata.

[e] Hunc locum silent ceteri.

[f] *Iguvium* Cæsari, Tullio & aliis. Peuting. tab. *Agubium*, & juxta illud *Jovis Apennini* templum depingitur. Vocatur nunc etiam *Eugubio*.

[g] Si desit mendum in hoc verbo *Eugubii*, Interbium hoc incognitum hactenus nomen erit, sicut est etiam sequens *Constantiniana*.

[h] *Augusta* cognomen *Perusia* olim inditum, fidem facit vetus inscriptio; *Julia* vero prænomen, ex hoc uno loco discimus.

[i] Lege *Betona*, seu *Vetona*, ut in Peut. tabula. Nunc dicitur *Bettona*.

[k] Sic etiam vocatur à Paulo Diacono Langobard. lib. 4. cap. 8. *Hortanum* vero à Plinio.

[l] Urbs ceteris incognita.

[m] *Baccanas* legit Antoninus inter *Sutrium* & *Romam*.

[n] Attende mutationem literæ *V* in *B*.

[o] Frontino *Carea*, *Careias* autem Peutinger. tab. in *via Claudia*, IX. mill. à loco dicto *Ad Sextum*.

vitates quæ dicuntur Gabios, Præneste, [a] Trebio, [b] Cussiolis. Item juxta ipsam civitatem Gabios, est civitas quæ dicitur [c] Aquitana, item [d] Statuas, [e] Proinas, Bribilia, Signium, Anagnia, [f] Alatrum, Ferentinum, Sora, Fabraterie, [g] Multearcis, Aquinum, Casinon, [h] Flexon, Benafron, [i] Solanon, [k] Galligus, [l] Galatia, [m] Salmatia, [n] Sila, Castra

a Peutingerianæ tab *Treblis*, ceteris *Treba*, vel *Trebia*. Illa est, quæ paulo infra fontes Anienis est posita.

b Ovidio aliisque *Carseolis*.

c *Ad Quintanas* legere suadet auctoritas Antonini & Peuting. tabulæ.

d Loci *Ad Statuas* dicti una meminit Peuting. tabula, III. mill. à loco dicto *Ad Quintanas*.

e Ignotus locus ut & sequens *Bribilia* In eorum autem circiter sede, occurrunt in Peutingeriana tabula *Ad Pactas*, & *Ad Birium*. Pro verbo *Ad Pactas* Antoninus legit *Ad Pictas* & pro verbo *Ad Birium*, *Bivium* Cluverius. Cum tanta, quanta hic esset nominum corruptio, non frequens in codice nostro deprehendatur, de diversis omnino locis hic agi apud nostrum Anonymum & apud alios, facile mihi persuadeo.

f Nunc *Alatro* dicitur, *Alatrium* autem antiquis scriptoribus.

g Peutingeriana tab. scribit hic *Melfel*, *Melfes* autem amnis in *Lirim* influis inter *Fabrateriam* & *Aquinum*.

h *Ad Flexum* Peutingerianæ tabulæ, VIII. mill. à *Casino*.

i Antiquis incognita urbs.

k Vel mons est *Callicula*, vel *Cales* urbs & colonia.

l Hic etiam mutatio facta est litteræ *C* in *G*. Urbs *Cajazzo* nuncupatur hodie.

m Urbs à veterum nemine memorata.

n Peutinger. tabulæ *Syllas*, VI. mill. à loco dicto ibidem *Ad Dianam*, qui III. mill. distabat à *Capua*.

Anibal, [a] Gatianibas, [b] Gaudium, Beneventus, [c] Nucerulas, [d] Calor, [e] Eclanon, Potentia, [f] Concilas, [g] Flegenas.

XXXIV. Item juxta Romam via Appia, est civitas, quæ dicitur [h] Baviolas Bovelias. Item [i] Aratiæ, [k] Sublanubus, Tres tabernas, Appii Foron, Feronia, [l] Suesaruntia, [m] Ponte Campanii, Urbanis, Casilinon, Capua caput Campaniæ, [n] Totella, [o] Suscellus, Suesula,

[a] In Peuting. tabula *Gahatia* vocatur locus ille, ut opinor. Hic vero suspicor legendum esse *Gatia Anibal*, vel simile quid.

[b] Straboni, Peutinger. tabulæ, &c. *Caudium*.

[c] Peutingerianæ tab. *Nueriola*, non procul à fontibus *Caloris* amnis, IV. etiam dumtaxat mill. à *Benevento*.

[d] Paulo Diacono, Livio & Peut. tab. amnis est, nunc quoque *Calore* vocatus.

[e] Αἰκουλανον Ptolemæo & Appiano; Tullio etiam *Æculanium*. Eamdem scribendi rationem, quam noster Anonymus, tenet & Peut. tabula.

[f] *Cosilianum* itiner. Peutingeri tabulæ.

[g] Hanc veterum nemo memorat.

[h] Tacito, Martiali, Persio, &c. *Bovilla*, *Bobella* Peut. tab.

[i] Lege *Aricia* cum ceteris.

[k] Peutingerianæ tabulæ *Sublanubium*, *Sublanuvii* nullus alius, Lanuvii autem plurimi meminere.

[l] Nomen conflatum ex *Suessa* & *Aurunca*. Sic autem ab antiquis vocata est, ad discrimen *Suessa Pometia*.

[m] *Pons Campanus* à Plinio & Itineraria Peutingeri tabula memoratur, ut etiam *Urbana* urbs, seu potius *Urbana*, III. mill. à *Ponte Campano*.

[n] De *Totella* nihil reperio apud scriptores, sed nota *Atella* non multum à *Capua* distans, IX. scilicet mill.

[o] A ceteris hæc omittitur.

Nola, Nuceria-Constantia, Abelinon, Picentia, Silaron, [a] Hares, Lucanis, Aceronia, Foro populi, Vico Medilegio, [b] Nerbulos, Interannium, [c] Capratia, [d] Cratia, Consentia, [e] Terisa, [f] Aqua natiæ, [g] Angila, quæ confinatur cum territorio suprascriptæ civitatis... In ipsa regione [sunt civitates] id est [h] Balarum, [i] Crater, [k] Silaceon, [l] Cocineon. Item juxta suprascriptam Romam, est

[a] Peutingerianæ tabulæ *Nares*, cui dictioni *Lucanas* conjungendas Cluverius existimat: contrarium tamen ego suspicor. Quæ sequuntur usque ad *Nerbulos* in una eadem Tabula exhibentur, sed cum nonnullis variationibus, scilicet *Acerronia* cum duplici *R*, *Foro Popili*, *Vico Mendicolco*.

[b] *Nerulos* habet Peutingeriana tabula, *Nerulum* Antoninus. *Nerulum* Lucaniæ oppidum ab Æmilio Cos. Expugnatur apud Livium lib. 9.

[c] *Caprasia* Plinio & Antonino, *Caprasia* Peutingerianæ tabulæ.

[d] Oppidum, ut opinor, ad amnem *Crathida* dictum.

[e] *Tempsa* scribitur in Peutingeriana tabula. Urbs est diversa à *Tempsa*, quæ in superioribus occurrit inter *Tanum* & *Clampetiam*. Hæc vero xx. mill. distabat à *Consentia*.

[f] *Aqua Anga* Peutingerianæ tabulæ.

[g] Idem locus qui supra *Agello* dicitur, cui *Angitulam* amnem vicinum jam tum suspicabamur.

[h] Num Βαλαρὸν de quo Appianus lib. 4. civil. Portus erat Mamertino freto proximus. Mamertinum autem fretum illud est quod inter Italiam & Siciliam dividit.

[i] Sic vocatur in Peutinger. tab. fluvius *Crathais*, de quo supra.

[k] Lege *Scylaceum*, aut *Scyllaceum*, cum multis ex antiquis scriptoribus.

[l] *Cocintum* scribit Antoninus. Idem est locus, qui Stephano & aliis Κώκινθος dicitur.

civitas quæ dicitur [a] Nomentana, Aquas, Albulas, Tibur, [b] Bariæ, [c] Lanitas, [d] Rane, [e] Rotas, [f] Olifas, [g] Telafia, [h] Sirpium, [i] Foronovo, qui confinatur cum territorio fupraſcriptæ civitatis Beneventanæ. Item juxta fupraſcriptam civitatem Romam via Salaria, eſt civitas quæ dicitur Fidenis, Eretum, [k] Farfa, [l] Nobas, Pitinum, [m] Proferum, [n] Albeia,

[a] Seu potius *Nomentum*.

[b] Straboni Οὐαλεϱία, *Varia* Peuting. tabul.

[c] Peutingerian. tab. *Lamnas*. Laminas legit Cluverius.

[d] Locum hunc tacent ceteri, niſi ſit locus dictus à Peuting. tab. *In monte Grani* VI. mill. à *Carſulis*.

[e] Peutingerianæ tabulæ *Ad Rotas*, VII. mill. ab *Æſernia*.

[f] Peuting. tabula legit *Al Leſas*. Eſt tamen, credo, *Alifa*, cujus urbis Livius, Ptolemæus, & alii meminerunt. Hodie *Aliſi*.

[g] Θελέσια Ptolemæo, *Teleſia* Livio, Straboni & Antonino. Nunc *Teleſe*.

[h] Oppidum ex ſola Peutingeriana tabula prius notum. Ibi XVIII. mill. à *Benevento* ſtatuitur.

[i] Præter Peuting. tabulam, meminit quoque hujus loci Jeroſolymitanum itinerar.

[k] Prima hæc eſt, quæ occurrat mentio hujus loci, ubi nunc celebre & vetus Ordinis noſtri monaſterium.

[l] *Ad novas* Peutinger. tabulæ, &, ut veriſimile eſt *Viconovo*, *Vicus Novus* Antonino: XIV. etenim milliar. tum Ant. tum Peut. tab. numerant ultra *Eretum*.

[m] *Prifernum* ſcribit Peut. tabula, quod, his in partibus, Cluverio inauditum videbatur, & inſigni errori tribuendum. Quiſnam legendi modus retinendus ſit ignoro, ſed ſi is, qui in Tabula exhibetur, ſincerior ſit, aut errore locus ille carebit, aut ex eodem fonte in Tabulam & in noſtrum Anonymum derivatus judicabitur. Id tamen minime crediderim, maxime cum Ravenna, ubi natus ſcriptor noſter, his locis proxima ſit.

[n] *Aveia* Peuting. tabulæ, *Avia* Ptolemæo.

[a] Gaba, [b] Marubio, [c] Carbonarium, [d] Larene, [e] Aufidia, Æſernia, [f] Cletus, [g] Nonnion, [h] Bobianum, [i] Rani, [k] Egotanticon, [l] Erdonias.

XXXV. Item juxta ſupraſcriptam civitatem, quam diximus ſuperius Pitinnon, eſt civitas quæ dicitur [m] Teano,

[a] Vel *Albam* lege, vel urbis incognitæ nomen erit. Prior tamen ſententia probabilior.

[b] Promiſcue ſcribitur apud auctores *Marruvium* & *Marrubium*.

[c] Locus hic vocatur in Peut. tabula *Mons Carbonarius*, poſituſque eſt v. mill. à *Monte Grani*, de quo ſuperius, XII. à *Sublacio*, nunc *Sublac.*

[d] Situs eſt locus ille in Peutinger. tabula inter *Sulmonem* & *Aufidanam*, & huic verbo præmittitur *Jovis*, ſive Lucus, ſive templum ſit *Jovis Larene*.

[e] *Aufidenam* ceteri legunt.

[f] *Clitturnum* Peutingeriana tabulæ, VIII. mill. ab *Æſernia*. Eodem forſan modo legendum eſt & in noſtro codice; cum enim prima ſyllaba dictionis ſequentis ſit *non*, quæ in *Clitturnum*, ſeu *Clitturnon* ultima eſt: frequenſque, ut ſupra jam monuimus, in codicibus MSS. eveniat, cum eadem ſyllaba, quæ dictionem unam terminat, illi quæ ſequitur dat initium, ut in priori dictione, vel in poſteriori ſyllaba illa omittatur: quominus id evenerit hic, nihil potuit obſtare.

[g] De *Nonnio* nihil apud ceteros. Sed legi forſan debet uno verbo *Cleturnonnion*.

[h] Varię pingitur locus hic apud Veteres. Βουΐανον Ptolemæo Βοίανον Straboni, *Bovianum* Plinio, Livio, &c. *Babiano* Peut. tab. dicitur.

[i] Peutinger. tabula ſcribit *Hercul rani*. Nonnihil hic aſpicio, quod ad *Æculanum* accedat.

[k] Lege *Equotuticum*, vel *Equum Tuticum* cum ceteris.

[l] Ex antiquis nonnulli, cum aſpiratione legunt *Herdonia*.

[m] In Peut. tab. legitur *Teano Marrucinoceio*: editio Antonini per Suritam *Teate Marrucinum*.

Marucion. Cegios, [a] Interbronium, Corfinium, [b] Musemeos, [c] Cersenna, Sulmone. Item civitas [d] Alpos, Luceria Apuliæ, [e] Eeas. Item est civitas quæ dicitur [f] Butuntos, Rubos, [g] Budas, Canusio. Item juxta civitatem, quam prædiximus Butuntos, est civitas quæ dicitur [h] Celia, [i] Ecetium, [k] Norbæ, [l] Veneris, [m] Lupicia, [n] Sublupacia,

[a] Antonino *Interbromium*, ut placet Suritæ, Peut. tabulæ *Inter primum*, v. mill. à præcedenti.

[b] In Peut. tabula, quæ locum hunc exhibet sola, scribitur *Mons Imeus*, quæ dictio, si acurate perpendatur, à nostra non multum discrepat, nam *u* pro *o*, & *E* pro *I* in MSS. codicibus occurrit: potest igitur legi *Mosimeus*, littera *N* sola deficiente. Locus hic jam dicitur *Colle-Armeo*.

[c] Antonino *Cerfennia*, *Cirfenna* Peut. tab.

[d] Lege *Arpos* cum ceteris.

[e] *Æras* Peut. tabulæ; hujus urbis incolæ *Æcani* à Plinio vocantur, & in veteri inscriptione à Cluverio laudata. *Eeas* tamen legit & Antonini Itinerarium.

[f] Sic & Peut. tabula, Plinius quoque *Butuntinensium* meminit, *Budruntum* tamen legit Antoninus.

[g] *Rudas* Peut tabulæ, XII. mill. à *Rubos*. Ceteris ignoratur.

[h] Hanc ex geographis nullus memorat præter Peutinger. tabulam. Diodorus *Celiæ* meminit à Q. Fabio expugnatæ, sed hæc ad Campaniam pertinebat.

[i] *Ebetium* Peut. tabulæ. A ceteris omittitur.

[k] Hinc dicti Norbanenses Plin. lib. 3. c. 11. *Norve* scribitur in Peuting. tabula.

[l] Peuting. tabula *Ad Veneris* inter *Gnatias* & *Norvas*, VIII. scilicet mill. ab utraque.

[m] Urbs prius incognita. *Lupatia* scribi debet, ut ex sequenti conficitur.

[n] *Sublupatia* etiam Antonino, Peut. tabulæ *Sublubatia*. Sic dicta procul dubio à *Lupacia* proximitate.

[a] Blera, [b] Silitum, [c] Benusia, Ponte Aufidi, Aquilonia, [d] Submurula. Item civitas quæ dicitur [e] Locupissandas. Item [f] Samnum, Urias, [g] Anxia, Mesocoron, [h] Grumention, quæ confinatur cum territorio civitatis, quæ superius nominavimus Tarentinæ.

XXXVI. Item juxta Romam via Aurelia, est civitas quæ dicitur Lorion, [i] Bebenia, [k] Pyrga, [l] Aquapurgo, Tarquinios, Tusiana, [m] Materno, Saturnia quæ & jungitur cum territorio civitatis, quæ dicitur Ad novas, quæ est, ut præ-

[a] Hujus urbis solus meminit Antoninus. Alius locus est à *Blera* Tusciæ, de qua Ptolemæus & Plinius.

[b] *Silutum* Peutinger. tabulæ, *Silvium* Antonino, apud quem mendose forsan *I* pro *T* legitur.

[c] Id est *Venusia*.

[d] Duarum litterarum transpositio est in hac dictione, quæ aliis scribitur *Subromula*.

[e] *Pisandes* & *Lucos* diversa loca sunt Peutinger. tabulæ, 24. milliariorum intervallo disparata.

[f] Peutinger. tabulæ forsan *Scanvium*, xv. mill. à *Brundusio*, nec alibi reperitur.

[g] In hac dictione consonat Peut. tabulâ, etiam & in sequenti, excepta aspiratione quam interserit in *Mesochoro*.

[h] Ceteris omnibus *Grumentum*.

[i] Hujus loci sola meminit Peuting. tabula, cui *Bebiana* appellatur.

[k] Rectius *Pyrgi* apud ceteros.

[l] Num *Aqua Tauri?* An vero diversæ, quæ ab aliis omissæ fuerint?

[m] Cluverii cessasent hæsitationes de *Materno*, si Anonymum nostrum vidisset. Non tamen mirum si dubius hærebat hac in voce, quam sola ei Peutinger. tab. exhibebat.

diximus, juxta mare Gallicum. Item juxta Romam, est civitas quæ dicitur civitate [a] Novas. Item [b] Sabbatis, [c] Foro Globi. Item juxta territorium civitatis, quam superius diximus [d] Battanis, ad partem Tusciæ est civitas, quæ dicitur [e] Sudrio Magnensis, item [f] Foro Casi, [g] Beterbon, Balneon Regis, Orbevetus, [h] Bulsinis, [i] Pallia, Clusion, [k] Ad novas, [l] Maliana, [m] Mensulas, Umbro, Sena Julia, [n] Sesta, [o] Aquas-Populo; [p] Bul-

a Et hæc etiam *Ad Novas* vocatur in Peut. tabula.

[b] *Sabate* ceteris cum unico *B*.

[c] Lege *Foro Clodi*, aut *Foro Claudii* cum aliis scriptoribus Geographicis.

[d] Si *Baccanis* legeretur, sincerior esset: locus hic inter *Nepe* & *Beios*; seu *Veios* fuit.

[e] Ceteris *Sutrium*, Magnensis autem cognomen hoc nemo antea audierat.

[f] Id est *Forum Cassii*.

[g] Ad mutationem *V* in *B*, & *I* in *E*, si attenderis, *Viterbium* hic intelliges.

[h] *Volsiniis* scribitur apud ceteros.

[i] *Pallia* fluvius est Peut. tabulæ *Palliensium* Lapidicinarum Vitruvius meminit lib. 2. cap. 7.

[k] Sic legit & Peut. tabula, Antoninus vero *Ad Statuas*; ex quibus Cluverius excitat nomen loci dicti *Ad novas statuas*.

[l] Peuting. tabulæ & Ptolemæo *Manliana*.

[m] Crederet nunc Cluverius quod numquam crediturum se affirmabat, nimirum ab auctore Peuting. tabulæ scriptum esse. *Ad Mensulas*; XVIII. milliar. à *Manliana*.

[n] Peuting. tabula *Ad Sextum*, XVI. mill. à *Sena Julia*.

[o] In incerto stabat Cluverius, cum *Aquas Populonias* in Peuting. tabula intuebatur, *Vetuloniasque* lubentius vidisset, Tabulæ tamen sinceritas hoc loco asseritur.

[p] Jam tum corruptum *Volaterra* nomen.

terræ. Item juxta territorium civitatis, quam prædiximus Mensulas, est civitas quæ dicitur [a] Tifernum, quæ & Felicissimum dicitur. Item [b] Aretia, [c] Græcæ, [d] Lugaria, [e] Umbrion, [f] Beternis, [g] Equilia, [h] Floria, Florentia, [i] Solaria, [k] Eleana, [l] Pisturias, [m] Martis. Item juxta Florentiam, est civitas quæ dicitur Fæsulas, item [n] Arnum, [o] Portum Balbatum, Luca quæ confinatur territorio civitatis, quam Sinogaliense, juxta mare positum, quod dicitur Ionico, quod &

[a] Scilicet *Tiberinum*, cui Felicissimi inditum cognomen solus docet noster Anonymus.

[b] Ceteris *Aretium*, nunc *Arezzó*.

[c] Peuting. tabula *Ad Græcos*, IX. mill. à loco dicto *Ad Novas*, qui totidem à *Clusio* distabat.

[d] Urbs hactenus incognita.

[e] Lege *Umbron*, aut *Umbro*, ut supra.

[f] Ammian. Marcellinus lib. 14. meminit *Massæ Veternensis*, quæ, ut verisimile est, hic sub *Beternis* nomine exponitur.

[g] Peuting. tabula *Al Aquileia*. Mendum huc irrepsisse recte suspicabatur Cluverius. Legatur itaque deinceps *Ad Equilia*, non vero *Ad Aquilam*, ut ipse opinabatur.

[h] Hanc ceteri tacent.

[i] *Ad Solaria* Peutinger. tabulæ, IX. mill. à *Florentia*.

[k] Tabula Peutinger. scribit *Hellana*, IX. item mill. à loco dicto *Ad Solaria*.

[l] *Pistoriam* intellige, quæ *Pistores* vocatur ab Antonino, *Pistoris* in Peut. tab.

[m] *Ad Martis* Peuting. tabula, id est *Ad Fanum Martis*. Positum fuit VIII. mill. à *Pistoria*.

[n] Et hic etiam omissa est præpositio *Ad*, in Peuting. tabula siquidem legitur *Ad Arnum*.

[o] Peutinger. tabula, *in Portu* absolute scribit, nec *Balbati* cognominis meminit quis.

Adriatico. Per quam nobilissimam Italiam transeunt plurima flumina: sed omnium fluminum præfatæ Italiæ præcipuus videtur esse fluvius, qui dicitur Padus; in quem Padum ingrediuntur ad partem quasi septentrionalem flumina, id est Duria, Stura, Orgo, [a] Amalune, [b] Duria Bantica, [c] Sisido; [d] Agunia; Ticinus, [e] Olonna, Lambrum, Adua; [f] Sarius, [g] Olius, [h] Milla, Clesus, Mintius, Tartarus. Nam ad partem quasi meridionam, ingrediuntur in ipsum Padum, [i] Alubra, [k] Tidone, Trebias, [l] Nure,

a Fluminis nomen hoc antiqui omnes nesciunt. Si ante Orgum occurreret, *Mabone* nunc dictum flumen esse opinarer; nedum etiam à suspicione omnino recedo, inter *Orgum* enim & *Duriam* majorem, fluvius nullus in Padum influit. Transpositio potuit fieri nominum.

b Nunc quoque *Duria major*, *Baltia*, aut *Bautia* ab accolis nuncupatur.

c *Sessites* Plinio, hodie *Sesia*.

d *Novaria* vocatur in Peutinger. tabula; hodie autem *la Gogna*.

e Mediolanum alluit, & *Olona* hactenus vocatur, nec ab antiquis memoratum reperies.

f Alius hic non est, ut opinor à fluvio, qui vulgo nunc *Serio* vocatur; cujus aquis crescit Addua.

g Plinio *Ollius*.

h *Mella* Virgilio. Hic cum alio *Chieze* dicto, qui Clesus noster est, ab *Ollio* admittitur, antequam labatur in Padum.

i Quis hic sit non potui deprehendere.

k Ex priscis geographis nemo hunc memorat. *Tidone* nunc quoque appellatur.

l *Nura* etiam nomine, hodie cognoscitur fluvius antiquis non memoratus.

re, [a] Clenna, [b] Taron, [c] Parma, [d] Entiamus, qui currunt de ipso in mare magnum Ionicum, quod Adriaticum dicitur: sed plurimus ejus civitatem Ravennam in prædictum mare magnum ingreditur.

In provincia autem quam prædiximus Venetiarum pertinente ex Italia, sunt ex Italia diversa flumina; inter cetera quæ dicuntur [e] Retron, [f] Astago, [g] Brinta, [h] Sile, Liquentia; [i] Plave, [k] Taliamentum. Nominavimus Istriam, ex ipsa pertinentia ex Italia sunt diversa flumina; inter cetera quæ dicuntur id est [l] Ru-

[a] Qui primus post Nuram à Pado recipitur, *Chiavena* nominatur; quod nomen à *Clenna* non multum discrepat.

[b] Hunc fluvium solus ex antiquis Plinius non prætermisit: *Taro* nunc, aut *Tarro* dicitur.

[c] Hunc vero ne unus quidem inter veteres memorat.

[d] Nomen hoc à mendo liberum affirmare nolim. Nullum certe flumen nomine, vel modicum huic affine, illis in partibus invenio.

[e] *Retenon* forte. *Retenus* autem, seu *Eretenus*, fluvius est non ignotus apud Antiquos.

[f] Hunc prorsus nescio nec reperio.

[g] *Brenta* scribitur hodiernum nomen hujus fluminis.

[h] *Silis* Plinio.

[i] *Plavis* inter *Silim* & *Liquentiam*, sedem debet habere, fluit enim inter utrumque amnem.

[k] Plinio *Tilaventum*, Τιλαουέμπτου Ptolemæo, *Tiliabutte* Peuting. tabulæ, Fortunato & Paulo Diacono *Tilamentus*.

[l] A Ptolemæo & Plinio *Formion* vocatur, nunc vero *Risano*, Alberto teste.

P

ſano, [a] Argaone, [b] Nengone, & Arſia. Item in prædictum mare magnum Adriaticum, circa litora ejuſdem Italiæ, flumina plurima funduntur; inter cetera, quæ dicuntur [c] Sapis, [d] Maricla, [e] Folia, Metauron, [f] Suaſnon, [g] Binon. Item circa litora ejuſdem Italiæ, in mare Gallicum vergunt plurima flumina; inter cetera quæ dicuntur, id eſt...

XXXVII. Completur autem prædicta Italia, habens finem ab ipſo latere excelſos montes, quos quidam Titanos dicunt, qui pertingunt mare Gallicum non longè à prædicta civitate Vigintimillia. Qui montes dividunt inter Provinciam & Italiam, inter Burgundiam & Italiam, inter Janos & Italiam,

[a] Hoc nomine fluvius nullus apud veteres aut recentes ſcriptores cognoſcitur; verum nunc in Iſtria, ultra *Riſanum* fluvium, ſinus eſt *Largo*, ſeu *Largonius* dictus, in quem *Draconia* amnis funditur. Hinc mihi ſuſpicio *Draconiam* fluvium *Argaonem* olim dictum fuiſſe.

[b] Inter *Draconiam* & *Arſiam* amnes duo Iſtriam irrigant, *Quietus* ſcilicet & *Lemo*; hic antiquis incognitus, notiſſimus ille. Amborum unum, *Nengonem* aliquandiu vocatum hinc neceſſario credes.

[c] Straboni Ἰσάπις, ceteris vero *Sapis*, nunc *Savio*.

[d] Vulgo nunc *Marecchi*, in Adriaticum mare influit, non procul ab Arimino.

[e] Hodie *Foglia*; hic fluvius poſt quam Piſaurum alluit, à mari Adriatico admittitur.

[f] Hodie *Ceſano*, olim *Seno*, aut *Sena*.

[g] Hujus veſtigia nullibi deprehendo.

inter [a] Ranicos, quæ modo ab Aunariis dominatur & Italiam, inter Carontanos & Italiam; inter patriam Carnium & Italiam: quæ juga Carnium; ab antiquitus Alpis Julia. Qui montes finientes ipsam Italiam, descendunt ex parte ad mare Adriaticum, non longè à civitate Tarsatico provinciæ Liburniæ, in loco qui dicitur [b] Phanas. A secundo autem latere, habet ipsa Italia finem prædictum mare magnum Adriaticum; cujus litore ponitur ipsa Italia, usque completam superius dictam provinciam Istriam. A tertio vero latere, habet ipsa Italia finem præfatum mare Gallicum, cujus juxta litore ponitur ipsa Italia, usque suprascriptos montes; qui dividunt, ut diximus inter Vigintimillia & civitate Nicea provinciæ Septimanæ. A quarto namque latere, habet ipsa Italia finem desuper scriptum mare Ionicum, qui & Adriaticum dicitur, simul & fretum quod appellatur Regiensis, qui dividit Siciliam & præfatam Italiam. Quod fretum non est in summa Italia, sed magis

[a] De *Janis*, *Ranicis* & *Aunariis* nihil quod observatem ab auctoribus potui haurire. *Ranicorum* tamen situs à Rhætis non multum diversus mihi videtur.

[b] Et qui ceteris incognitus est.

rejacet ex latere, ad partem maris magni Gallici.

XXXVIII. [a] Scarifum autem ipsius Italiæ quidam philosophi dixerunt esse fungi [b] amanite: alii autem tamquam græca litera quæ dicitur [c] Sima; nonnulli tanquam plurimæ ac permiscuæ conchulæ, ceteri tanquam hominis palma, vel folia platani. Item dicitur quod ipsa quidem Italia, ab occidente, à præfatis montibus scarifo fungi ambiatur; à meridie mare Gallico, tanquam litera Simma terminetur, vel folia depingitur platani, mari Ionico tanquam conchulæ describatur: dum mare infra terram varios golfos, ut Taranto * intulet & relativa loca.

* Sic

XXXIX. Ideo iterum ad oceanum occidentalem, juxta superius dictam Galliam, ponitur patria, quæ dicitur Britannia in paludibus. Non illam Britanniam insulam dicimus, quæ intra magnam Europam ponitur. Quam Britanniam plurimi descripseruut philosophi; ex quibus ego legi multotiens dictum Hanaridum

a Figuram, formam ut supra, & mox.

b Αμανίτης fungi species est apud Paulum Æginetam, ut eruditissimus Cangius observat.

c Eo scilicet modo, quo ab antiquis efformatur, id est in modum C Romanorum.

& Heldebaldum; sed ego secundum præfatum Eldebaldum. In ipsa Britannia aliquantas fuisse civitates legimus, ex quibus ex parte designare volumus. Id est [a] Chris, [b] Veneris, per quam Britanniam plurima transeunt plurima flumina, inter cetera, id est [c] Sigugna * Boo, qui in oceanum ingreditur. * Sic

XL. Iterum juxta ipsam Britanniam, circa limbum oceani ponitur patria, quæ dicitur Guasconia, quæ ab antiquis Aquitania dicebatur. Quam Guasconiam plurimi descripserunt philosophi, ex quibus ego legi prænominatum Athanaridum Gothorum philosophum; sed non æqualiter præfatam designaverunt patriam: sed ego, secundum præfatum Athanaridum, suprascriptæ Guasconiæ civitates, vel flumina designavi. Quam Aquitaniam ipsi philosophi multum fertilem esse dixerunt in omnibus victualiis. In qua Guasconia plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas nominare volumus, id est Bituricas, Ar-

a Quis locus ille sit nemo nos docet. Et, ut verum fatear, si nihil magis accuratum exhibuisset tum auctor, tum codex, quietum utrumque dimisissemus.

b Hodie *Vannes.*

c In Britannia minori frustra quæsieris fluvium, qui cum hoc aliquantum conveniat in nomine.

vernis, [a] Argentine, [b] Limodicas, Pictavis, [c] Mediolano Santinis, [d] Iculisma Petragoris, Aginnis, Caturcium, [e] Rodingis, [f] Albigi, [g] Bordicalon. Item ad aliam partem, sunt civitates in ipsa regione, id est [h] Blavia, [i] Tiblosa, [k] Luci, [l] Cantilia, [m] Langlo, Blivida, Bargaridon. Per quam Guasconiam transeunt plurima flumina, inter cetera quæ

a Antonino & Peutingerianæ tabulæ *Argantomagum*, nunc *Argenton* Biturigum urbs ad Crosam amnem.

b Ceteris *Lemovica*.

c *Santonum Mediolanum*, hodie *Saintes*. De eo agit inter alios Stephanus his verbis: Μεδιόλανον πόλις Ἀκυτανίας, quæ verba non sine errore, quasi de Mediolano Galliæ Cisalpinæ dicta interpretatur Pinedo in suis ad Stephanum notis.

d In codice nostro scribitur *Vil ssima* aut *Inl ssima*, quod cum nonnisi ad Amanuensis oscitantiam possem referre, sinceium nomen huic vitiato substitui.

e *Rutenorum* urbem intellige, quam posterioribus sæculis aliquando *Roteni*, *Rotini*, *Rodini* vocatam reperies.

f Sic urbem, quæ nunc *Albi* dicitur, vocatam, aut certe *Albige* observare poteris in vetustioribus Franciçæ historiæ monumentis.

g *Burdegalam* hic nemo non cogitat.

h Nunc dicitur *Blaye*, memoraturque apud Ausonium, in Peutinger. tabula & in Notitia dignitatum Romani Imperii, ubi *Blabia* scribitur.

i Incognitus locus.

k Et hic etiam ex incognitis est, si alius sit à *Locciis* Gallice *Loches*, aut à *Lucano*, seu *Lucaniaco*, de quo Ausonius.

l Occurrit etiam in Peut. tabula, nunc *Chantelle* apud Arvernos.

m Tam ingentes saltus dat his in partibus noster Anonymus, ut urbes illas non valeam deprehendere, maxime cum de illis scriptores quicumque taceant.

dicuntur, id est Ligeris, qui dividit inter Gallias & ipsam Aquitaniam. Item fluvius [a] Caræ, [b] Sangulis, [c] Alere, [d] Icara, [e] Crosa, [f] Vicenna, [g] Bicera, [h] Dronona, [i] Ulta, [k] Vanruna, ex quibus aliquantis fundunt in oceano.

XLI. Item juxta ipsam Guasconiam, ponitur patria quæ nominatur Spano-Guasconia; quam & ipsam, illi philosophi, qui prædictam Guasconiam, designaverunt. Sed nos secundum præfatum Eldebaldum ipsam Spano-Guasco-

[a] Gregorio Turonensi *Caris*, *le Cher*.

[b] Quisnam fluvius hoc nomine significetur, non possum divinare.

[c] De *Elavere*, nunc vulgo *Allier*, id intelligendum existimo; aliquandiu tamen dubius hæsi, num *Alerea*, quæ inter *Argantomagum* & *Avar cum* reponitur in Peut. tabula, ab hoc amne nomen non mutuaretur aut ipsi non communicaret: quo casu de Indro, seu Angere hic agi non dubitarem; *Aleream* namque non procul à Castro Rodulphi oppido ad Indrum stetisse, mihi verisimile est.

[d] Nullum fluvium ultra Ligerim observo apud antiquos aut novos Geographos, cujus nomen ad hoc, vel modicum accedat.

[e] Antiquorum nemini cognitum. Nunc *la Creuse*. Duo sunt *Crosa*, major unus, minor alter.

[f] Promiscue apud Galliæ scriptores non recentes *Vingenna* & *Vincenna* dicitur, vulgo *la Vienne*.

[g] Et hic etiam incognitus, illo saltem nomine, fluvius est.

[h] Eginhartus *Dornonia* nomine, huic maxime vicino, *Durantum*, seu *Dordoniam* fluvium, vulgo *la Dordoigne* significat.

[i] Vulgo *le Lot*; à scriptoribus nostris *Olitis*, *Oltus*, aut *Oldus* vocatur.

[k] Id est *Varumna*, seu *Garumna*, *G* in *V*, quod solet, mutato.

niam exposuimus. Quam Spano-Guasconiam ipsi philosophi munitissimam patriam esse affirmaverunt, circumvallatam ex tribus partibus [a] Alpinis montibus, & à quarto latere à prædicto oceano. In qua Spano Guasconia aliquantas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas ex parte designare volumus, id est [b] Lacura, [c] Antis, [d] Conserannis, [e] Combinias, [f] Bigorrias, Elusa, Vasatis, [g] Landinorum, Aguissa, Vostianum, Sacer, Sacerons. Currunt autem per ipsam Spano-Guasconiam inter cetera flumina, id est [h] Medulla, quæ in oceano merguntur.

XLII. Iterum juxta ipsam Spano-

[a] Hæc *Alpinorum montium* mentio neminem gravabit, qui ad illa T. Livii verba attendet *Alpes sunt altitudines montium.*

[b] Antonino *Lactura*, Notitiæ dignitatum Romani imperii *Lactoracium*, nunc *Leytoure.*

[c] Incognitum urbis nomen.

[d] Plinio *Consoranni* & *Consuarani.*

[e] Id est *Convinias*, ceteris *Convenæ*, nunc *Comminge.*

[f] *Tarbiam* Bigerronum caput intellige, quæ in antiquis historiæ nostræ monumentis, *Borretana*, *Begorra*, *Bigorra* nominatur.

[g] Aut corrupta verba sunt, quod tamen de omnibus dici vix potest, aut ignotas urbes significant quinque postrema nomina.

[h] Nec veteri, nec recenti fluviorum, qui hanc regionem interluunt, nomini convenit dictio illa. Sunt quidem *Medulli*, vulgo *pays de Medoc*, ultra Garumnam, sed ii ad Spano-Guasconiam non videntur pertinuisse, potius vero ad Aquitaniam secundam, una cum Burdigala, cui attribuuntur.

Guaſconiam eſt Spania, quam unus ex philoſophis [a] chiliopolim eſſe aſſeruit. Quæ Spania extenditur in latitudine, ab oceano uſque ad mare magnum Gallicum, quod & Balearicum appellatur. Quam Spaniam plurimi deſcripſerunt philoſophi; ex quibus ego legi multoties dictum Caſtorium, & Lolianum, atque Arbitionem Romanorum philoſophos: & ſupraſcriptum Aithanaridum & Heldebaldum atque Marcomirum, ſeu [b] Caſtorium Gothorum philoſophum: ſed non æqualiter præfatam expoſuerunt patriam, vel ejuſdem patriæ civitates, vel flumina non conſonantes nominaverunt: ſed & alius dixit aliter, alius vero alio modo. Ego vero ſecundum prænominatum Caſtorium, prædictam Spaniam, ejuſdemque civitates, vel flumina nominavi. Quæ Spanorum patria habet infra ſe provincias famoſiſſimas octo, id

[a] De Strabone id forſan dictum non immerito quis opinaretur. Hic enim lib. 3. p. 163. ita ſcribit: Οἱ φάσκοντες πλείους ἢ χιλίας τὰς τῶν Ἰβήρων ὑπάρξαι πόλεις, ἐπὶ τοῦτο φέρεσθαί μοι δοκοῦσι, τὰς μεγάλας κώμας, πόλεις ὀνομάζοντες. *Qui plures quam mille fuiſſe urbes Hiſpaniæ dicunt, eo adducti videntur, quod magnos vicos urbium loco cenſerent.*

[b] *Caſtorii* nomen pro alterius poſitum eſt, nam & Romanis ſemper ſcriptoribus accenſetur, & ejus deſcriptionem Hiſpaniæ ſeſe legiſſe jam aſſeruit.

id eſt [a] Calletia, Aſturia, [b] Auſtrigonia, Iberia, [c] Liſitania, Bætaca, [d] Hiſpalis, [e] Aurariola, vel ſi modica exiſtit, tamen omnino fertilis & ſpatioſiſſima eſſe dinoſcitur. Ex qua prædicta Spania aliquantæ civitates, vel quarumdam civitatum territoria, quæ ponuntur non longè à mari magno Gallico Balearico, volumus deſignare; id eſt [f] Ditiana, [g] Juncaria, [h] Cinniana, Gerunda, [i] Aquis Voconis, [k] Seterras, [l] Barcelona,

[a] Dioni Καλλαικία: illius incolæ Καλλαϊκοὶ Ptolemæo & Straboni vocantur. *Calaici* Oceani Martialis meminit, *Gallicia* eſt Sexto Rufo, & Jordani, *Gallecia* Antonino, nunc autem *Gallacia* quemadmodum ſcribebat & Plinius.

[b] *Auſtrogoniam* ſcribit Jordanis cap. 44. de rebus Geticis, quo ex loco apparet orientalem Hiſpaniæ partem eo nomine ſignificari. *Autrigones* præterea Tarraconenſis Hiſpaniæ populi ſunt Plinio, Pomponio & Ptolemæo.

[c] *Luſitaniam* & *Bæticam* nemo his nominibus non intelligit.

[d] Celebris eſt & nota omnibus *Hiſpalis* urbs in Bætica, ſed cognominem provinciam veterum, aut recentiorum ſcriptorum nullus obſervavit.

[e] Ne veſtigia quidem hujus provinciæ aſſequor.

[f] Δειτιανία Ptolemæo urbs eſt Endigetum mediterranea.

[g] Ex mediterraneis Endigetum urbibus eſt etiam Ptolemæo. Nunc *Junquere*.

[h] *Cemuana* Peuting. tabul. XII. mill. à *Gerunda*. Verum, etiam apud Antonin. *Cinniana* ſcribitur.

[i] In Peut. tab. XII. mill. à *Gerunda* diſparantur. Ejuſdem tabulæ, quæ hac parte truncatur, ſubſidium deinceps nos deficit.

[k] Antonino *Secerras*.

[l] Apud Antoninum *Prætorium* præponitur *Barcinoni*.

Prætorium, [a] Arragona, Fines, Antistiana, [b] Palturia, Tarragona, Saguntum, Valentia, [c] Portum Sucrunæ, [d] Asterum, [e] Setabum, [f] Saguntum, [g] Pinos, [h] Trea capita, Dertusa, Rubricatum, [i] Hildum, [k] Turres, [l] Edelle, [m] Celeret, [n] Dionio, [o] Lucentes, [p] Leo-

a De hac urbe ubique siletur; in Periplo tamen nostro denuo occurrit. In Geographica tabula Hispaniæ, quam Ortelius vulgavit in suo *Theatro orbis*, quemdam locum *Tarraconem* dictum videre est ad Rubricati fluminis sinistram, è regione Montis Serrati. Locus hic erit forsitan *Arragona* nostra.

b *Palfuriana* Antonino; in Periplo nostro *Palturiana* scribitur.

c Livio, Straboni & Antonino *Sucro* vocatur, Plinio & Ptolemæo *Sucro* fluvius est.

d *Alternum* scribitur in Periplo nostro, sed neutro sub nomine alibi reperies.

e Σαιταβὶς Ptolemæo, Σεταβὶς Straboni, Plinio *Setabitani* incolæ vocantur, creditur dici nunc *Xativa*.

f Eadem urbs est, quæ supra, nam versus Galliam gradus refert auctor noster.

g Locus hic à ceteris omittitur.

h Sic legitur iterum in Periplo nostro. Verum Antonini codices scribunt *Trajana*, aut *Traja capita*.

i Nomen hoc in Periplo nostro, & apud Antoninum non aspiratur.

k Antonino *Ad Turres*.

l Eidem Antonino *Adellum*.

m In Periplo nostro *Celeri*, locus ceteris incognitus: *Cœlerinos* enim, de quibus Plinius lib. 3. cum fuerint ex conventu Bracarum, hujus loci incolas fuisse nemo crediderit.

n Ciceroni & Plinio *Dianium*. Nunc *Denia*.

o Plinio *Lucentum* & Ptolemæo, qui situm ipsi mendose assignat. Hodie *Alicante*.

p Ceteris locus incognitus.

nes, [a] Allon, [b] Ilice, Carthago [c] Partaria, [d] Baria, Abdera, [e] Cæsarea, [f] Lenubar, Malaca, Suel, Barbesola, [g] Saltum, Bamaliana, [h] Cartegia, Transducta, [i] Cecraria, [k] Melaria, [l] Bælone.

XLIII. Item super fretum Septem sunt civitates, id est [m] Bepsipon, [n] Merisabion, [o] Caditana, [p] Portum, Asta,

a Ἀλώναι Ptolemæo, *Alone* Pomponio Melæ.

b Hodie *Elche*.

c *Spartaria* scribit cum Plinio Antoninus, Σπαρταγένη Appianus.

d Βάρεια Ptolemæo, *Barea* Plinio, nunc *Vera*.

e *Cæsarea* hæc, urbs est à nemine veterum, aut recentiorum memorata.

f *Lenuba* scribitur infra in Periplo, estque incognita, si quod tamen non crediderim, diversa sit à *Menoba*, seu *Manoba*.

g In Periplo legitur, *Saldo*, *Bamaliana*. *Salduba* vero cum non procul hinc steterit, legendum primo quidem existimavi *Saldoba*, *Maliana*: sed postquam *Barbarianam* apud Antoninum observavi proximam esse *Carteiæ*, tunc *Bamaliana*. Tandem cum animadverrissem loca illa, propius accedere ad fretum Gaditanum quam *Barbesola*, quæ tamen freto multo vicinior fuit quam *Salduba*, nihil in dictionibus illis mutandum apud me statui.

h Livio, Antonino, &c. *Carteia*. Nunc *Torre di Cartagena*.

i *Cetraria* scribitur in Periplo nostro, & sub utraque scribendi ratione antiquis fuit incognita.

k Μελλαρία Ptolemæo, *Mellaria* Plinio, Melæ, & Antonino.

l Nunc *Tariffa*.

m Lege *Besippon*, aut *Besippon* cum Mela, Plinio, Antonino, Ptolemæo, &c.

n Antonino *Mergablum*, aut *Mercallum*, varie namque pingunt codices.

o Ceteris *Gaditana*, aut *Cades*, hodie *Cadis*.

p *Gaditanum* scilicet, XXVI. milliar. disparatum à *Gadibus* ex Anton.

[a] Serpa, Pace-Julia, [b] Myrtilin, [c] Besurin, Balsa, [d] Statio-Sacra, Ossonoba, [e] Arani, [f] Salatia, Ebora, [g] Malabiste, [h] Celiana, [i] Cetobricca, [k] Albona, Olysipona, [l] Terebrica, Langobrica, [m] Cenoopi, Docalo, Augusta Bracaria. Item juxta oceanum sunt plurimæ civitates in ipsa Spania, ex quibus aliquantas designare volumus, id est [n] Canobri, Odeio, Rubriari, Cabricantinum, Samarium, Carantium, Limea, Tude, [o] Bonisana, [p] Turaqua, [q] Aræ-Augusti,

a Antonino soli memorata.

b Hodie *Mertola*.

c Urbium prius incognitarum numerum hæc auget.

d Ex eadem classe est cum *Besuri*, nisi sit *Sacrum Promontorium*, de quo Plin. lib. 4. sect. 35. Nunc *Cabo san Vincente*.

e *Aranni*, Antonino. Forsan Ἀρανδὶς Ptolemæo.

f Σαλακία Ptolemæo. *Salacia* Antonino.

g Idem locus videtur esse, qui apud Antoninum *Malceca* vocatur, aut *Malaceca*.

h *Celiana* scribunt codices quidam Antonini, ut plurimum tamen *Caciliana*.

i Antonino *Catobriga*, aut *Catobrica*.

k Eidem Antonino *Æquabona* videtur esse.

l Suspecta vox, posita forsan pro *Talabrica*, de qua Antoninus.

m Incognitis urbibus accense *Cenoopi* & *Docalo*, si locus mendo caret, nam forsan scribi debet *Ceno opido* & *Cale* pro *Calo*. Cænum oppidum tamen, quod urbem novam sonat, his in partibus extitisse non memoratur.

n *Canobri*, *Odeio*, *Rubriari*, *Cabricantinum*, *Samarium* & *Carantium*, urbes sunt à ceteris prætermissæ.

o De *Bonisana* ubique silentium. Antoninus autem inter *Tudem* & *Turoquam*, recenset *Burbidam*.

p Τύῤῥιγα Ptolemæo, Antonino *Turoqua*.

q Ptolemæo forsan Ἄρκος Αὐγούστου, de quo etiam Antoninus.

[a] Quecelinis, [b] Glandimarium, [c] Medioga, [d] Bricantia, [e] Ontonia; Cistonia; Castra Manuaria, Arragina, Saramon, Morodon, Cambrim, Dracina, Tenobrica; Cambracum, Sandaquitum, Ossaron. Item ad aliam partem in ipsa Spania, sunt civitates, ex quibus aliquantas nominare volumus, id est [juxta] suprascriptam, quam prædiximus civitatem Tarragonam ponitur civitas, quæ [f] Oceani dicitur. Item [g] Nobas, Cæsar Augusta, Foro-Gallorum, [h] Pacca-Julia; [i] Ebelino, [k] Salam, [l] Anabere. Item juxta suprascriptam civitatem Cæsar Au-

[a] Pro *Aquis Celeniis* Antonini, quas Ptolemæus vocat Ὕδατα θέρμα ΚΙΛΙΝΩΝ.

[b] Γλανδόμηρον Ptolemæo, *Grandimirum* Antonino.

[c] Hac crescit numerus urbium à ceteris ommissarum.

[d] *Brigantia* Galleciæ oppidum Orosio & Notitiæ dignitatum. Antonino, Ptolemæo & Dioni *Brigantium* vocatur.

[e] Urbium, quæ prius erant incognitæ, numerus crescet *Ontonia* & undecim aliis, quæ sequuntur.

[f] Locus incognitus ceteris.

[g] Antoninus *Ad novas*. In codice nostro legitur *Nobascer, Augusta*, sed manifestus error est.

[h] Hujus nominis urbem, hoc in situ umquam extitisse, non est memoria.

[i] *Ebellinum* Antonino. Hujus auctoritate *Ebelinum* à *Sala* distinguo, *Ebelinosala* licet in codice sit.

[k] Locus incognitus ceteris.

[l] Ἀνάβις Jaccetanorum urbs est Ptolemæo, in Hispania Tarraconensi; verum nec idem omnino est nomen, nec satis vicina fuisse *Ebellino Anabis* videtur, ut absque alia media recenseretur utraque.

gustam ponitur civitas quæ dicitur [a] Nertobrica, Belbili, Arcobrica, Seguntia, [b] Cesaram, [c] Arentia. Item juxta suprascriptam Cæsar-Augustam ponitur civitas, quæ dicitur [d] Contrebià, [e] Anci, Leonica, [f] Gergium; Articabè, Præcorium. Item juxta civitatem suprascriptam [g] Trebiam est civitas, quæ dicitur [h] Jologum, Lentibilin. Item juxtà suprascriptam Cæsar Augustam ponitur civitas, quæ dicitur [i] Belsionem, item Turiasson, Augustabrica, [k] Numaniam, [l] Uxuma, [m] Gluniam, [n] Turbes, [o] Man-

a *Nertobriga* & *Arcobriga* scribitur apud Ptolemæum, Antoninum, &c.

b Ptolemæo Κίσαδα, *Cesata* Antonino.

c Num *Arriaca?* quæ ab Antonino inter *Complutam* & *Cesatam* reponitur.

d Illius mentio tibi occurret apud Velleium Paterculum, Florum & Livium. Appiano Κομπλέγα est, sed diversa omnino à *Contributa* Ptolemæi. Id quod ex situ à Lusitania multum disparato, & ex ipsa *Contributa* designatione infra dinoscitur.

e *Agon* Hedetanorum Ptolemæo videtur esse.

f *Gergium*, *Articabe*, *Pratorium* (nam sic legendum esse suspicor) ex nullo scriptore prius noscebantur.

g *Contrebia* legi debet.

h *Jologum* & *Lentibilim* accense iis, quæ à scriptoribus omnibus fuerant prætermissæ.

i Βέλσινον Ptolemæo, Antonino *Balsio*.

k *Numantiam* lege cum ceteris.

l *Uxama* Plinio, Ptolemæo & Antonino nunc *Osma*.

m *Clunia* scribi debet, ut ex ceteris scriptoribus, & ex Galbæ nummis apparet.

n Num potius *Termes?* quæ urbs *Clunia* proxima fuit ex Ptolemæo.

o Locus antea incognitus.

cellus. Item juxta ſupraſcriptam Cæſar-Auguſtam eſt civitas quæ dicitur [a] Seglam, [b] Terracha, [c] Carta, Pompelone, [d] Inturiſa. Item juxta ſupraſcriptam civitatem [e] Graviſe, dicitur civitas [f] Beldalin, [g] Erguti, [h] Betri.

XLIV. Iterum quomodo in media provincia ipſius Spaniæ, dicitur civitas Complutum, cujus afinalis civitas, quæ dicitur, [i] Titultiam. Item civitas Toleton, [k] Lebura, [l] Auguſtabria, [m] Lo-

[a] Hanc ſilent ceteri. Sed forſan erit Σετία Vaſconum, de qua Ptolemæus: ex *Setia* enim fieri potuit. *Secia*, dein *Segia*, tandem *Segla*.

[b] Τάῤῥαγα Vaſconum Ptolemæo.

[c] Hanc fruſtra quæſieris apud ceteros.

[d] *Iturиſſa* Pomponio & Ptolemæo, *Turiſſa* Antonino.

[e] De *Gracuſe* nihil adhuc dictum, *Lacuna* igitur extiterit alicubi. Ceterum *Gracchuſis* Feſtus meminit, Γρακουεὶς vocatur à Ptolemæo, cui Vaſconum urbs eſt. *Graccuris* tamen ſincerius nomen, ut ex Tiberii nummis à Patino & Occone vulgatis, immo & ex ipſius nominis etymo conficitur, eam enim Tib. Sempronius *Graccus* conſtituit, ut habetur in Livii epitome lib. 41. *Agreda* nunc Cluſio & Morali creditur.

[f] Nullum illius veſtigium obſervo apud alios ſcriptores.

[g] Ἐργαυία forſan Ptolemæi, cujus nomen vitiatum fuerit à Librariis.

[h] Incognitus hactenus locus.

[i] Antonino *Titulcia*, Τιτουακία Carpetanorum Ptolemæo.

[k] Λιβώρα item Carpetanorum Ptolemæo.

[l] Αὐγουστόβριγα Ptolemæo, Antonino *Auguſtabrica*. A Tago alluebatur.

[m] *Lomundo*, *Turcalion* & *Rodacis* ex oblivione emergunt; ad Turdulos videntur pertinuiſſe.

mundo,

mundo, Turcalion, Rodacis, Lacipea. Item ad aliam partem, juxta ipſam civitatem Compluto, dicitur civitas, id eſt [a] Piraſcon, Albeceia, Cauca, Nibaria, [b] Abulobrica, Intercatia, Palentia, [c] Equoſera, [d] Congion, [e] Beliſarium. Item juxta civitatem Complutum, eſt civitas quæ dicitur [f] Caraca, [g] Sigobrica, [h] Puteis altis, [i] Lebinoſa. Item civitas [k] Conſabron, [l] Moroin, [m] Lamim, [n] Marma-

[a] *Piraſcon* & *Albeceia* ſuperioribus annumerandæ ſunt. Suſpicari forſan quis poſſet tamen hanc eſſe *Albucellam* Antonini, quæ etiam Αλβοκέλλα vocatur à Ptolemæo. Verum etſi *Nivariæ* vicina ſit, id tamen dici nequaquam poteſt. Ratio eſt, quia auctor noſter à *Compluto* incipiens *Albeceiam* memorat, deinde eidem itineri inſiſtens *Caucam*, *Nivariam*, &c. *Albucella* vero poſt *Caucam* & *Nivariam* occurrit apud Antoninum, prope *Durium* flumen.

[b] *Amallobrigam* habet his in partibus Antoninus, diverſam tamen ab hac, ut quidem opinor.

[c] A ceteris hæc filetur.

[d] Καύγοι in Vaccæis Ptolemæo.

[e] Locus antea incognitus.

[f] Κάρακκα Ptolemæo.

[g] Σεγόβριγα vocatur à Ptolemæo & à Strabone, à quibus inter Celtiberorum urbes recenſetur.

[h] Idem locus, ut ſuſpicor, qui Antonino dicitur *Ad putea*, aut *Ad puteal*.

[i] Λιβισόκα Ptolemæo, Antonino *Libiſoſa*.

[k] Hinc *Conſaburenſes* dicti, de quibus Plinius.

[l] Incognitum hactenus oppidum.

[m] Truncata dictio: *Laminium* enim cum Ptolemæo legit Antoninus, Plinius vero *Laminitanos* populos recenſet.

[n] Perierat hujus urbis memoria, ſi periiſſet ſcriptor noſter.

ria, [a] Solaria, [b] Morum. Item in ſpatioſa terra ipſius Spaniæ, eſt civitas quæ dicitur Auguſta [c] Merita, cujus proxima eſt civitas quæ dicitur Evandria. Iterum [d] Bipone, [e] Atunnea. Item juxta ſupraſcriptam civitatem Auguſta Meritam, eſt civitas quæ dicitur [f] Pergelena, [g] Contributà, [h] Lacunis, [i] Curica, [k] Hilipa,

[a] *Salarias* duas memorat Ptolemæus; ad Baſtetanos pertinentem unam, alteram ad Oretanos. De quanam hic agatur ſatis eſt ambiguum, cum illa ad Sucronem, paulo infra fontes, hæc vero inter Tagum & Anam, ubi propius ad ſe accedunt hi duo fluvii, ſitum habeat, noſque inter utramque quaſi medii ſtemus. De Oretanorum tamen *Salaria*, (ſic enim legi debet) dictum ſuſpicor.

[b] *Aturum* Antonino.

[c] Apud Ptolemæum ſcribitur Ημέριτα. Vocatu etiamnum Merida. Nonnulli tamen olim opinati ſunt eam eſſe *Medina del rio Seco*.

[d] *Diponem* legit Antoninus cum Plinio.

[e] *Atunneam* memorat nemo, verum Αμμαία prope Evandriam locatur à Ptolemæo. Num igitur corruptio in *Atunneam* irrepſit?

[f] Antonino *Perceiana*. In veteris Hiſpaniæ deſcriptione per Ortelium, mendoſe ad *Veneris montem* collocatur, nam hinc & ex Antonino patet, eam juxta fluvium *Anam* ſtetiſſe.

[g] *Contrebiam* ſupra vidimus, ecce nunc *Contributa*.

[h] Locus antea incognitus, niſi ſit Ptolemæi Λακουρίς. Verum id ſi credatur, ejus ſitus erronee à Ptolemæo in Oretanis ſtatuitur, verſus fontes Bætis fluvii, cum inter *Curicam* & *Contributam* fuerit poſitus. Sit potius *Laconimurgis* Plinii & Ptolemæi.

[i] Plinio *Curiga*, olim *Vcultiniacum* dicta, ex eodem Plinio. Κουργία Ptolemæo, *Curica* etiam Antonino.

[k] Sine aſpiratione ſcribitur apud Plinium.

[a] Italica. Item non longè à præfata civitate Augusta Merita est civitas, quæ dicitur [b] Regina, [c] Celtum, [d] Astigin, Obucula, [e] Carmone. Item juxta suprascriptam civitatem Augusta Meritam, dicitur civitas [f] Metilion, [g] Artigin, Mellaria, Corduba, [h] Noclensis, Nobiam, [i] Catulune. Item juxta suprascri-

a In ambiguo positum est, utrum dictio hæc *Italica*, *Ilipa* cognomen sit, an vero urbs diversa. *Italica* una quidem fuit, omnino ab *Ilipa* distincta; pro certo id habeo. Utrum vero *Italica* cognomen *Ilipa* tulerit, disputatur. Id quidem multis persuasum fuit, ex Plinii editionibus à Frobenio & post Frobenium vulgatis. Sed hoc in expunctionem voculæ unius *Ila*, aut *Ilia* à Frobenio temere factam rejicit Harduinus, probatque ex veteri inscriptione *Iliponenses Ilienses* cognominatos. Verum, quid si alterum cognomen *Ilipa Italica* fuerit? Certe noster Anonymus ab *Augusta Emerita* ducens *Italicam*, *Ilipam* non memorasset, aut certe appellasset post *Italicam*.

b *Regiana* quidem Antonino, sed Plinio & Ptolemæo *Regina*.

c *Celtum* Plinio & Antonino.

d Ἀςυγὶς Ptolemæo, Plinio & Antonino *Astigi*.

e *Carmonensis* memorat Plinius. Κάρμων Hispaniæ, Bæticæ oppidum est Straboni, dictum Χάρμονια apud Ptolemæum *Carmona*, nunc Ambr. Morali.

f *Metellinum* Antonino. Nunc *Medelin* Varrerio & Morali testibus.

g Lego *Artigin*, licet codex *Artibon* scribat, sed mendum ex Antonino deprehenditur, *Astingin* enim inter *Metellinum* & *Mellaria* recenset. Illius quoque Ptolemæus & Plinius meminerunt.

h *Noclensis* & *Nobia* à nemine veterum memorantur.

i Lege *Castulune*, *Castulo* enim Oretanorum est, de qua Ptolemæus, Antoninus, &c.

ptam Cordubam, eſt civitas quæ dicitur Ulia, [a] Ipagioſabe, [b] Semella, Antigaria. Item juxta ſupraſcriptam civitatem Auguſta-Meritam eſt civitas, quæ dicitur Plagearia, [c] Maſſuſaria, Abelterion, [d] Aretio-Prætorion, [e] Perbrigam.

XLV. Iterum in ipſa Spania eſt civitas, quæ dicitur Hiſpalis, cujus juxta eſt civitas, quæ dicitur [f] Baſſilipa, [g] Cirſone, [h] Olipium, [i] Oſipon, [k] Urgapa, [l] Antigaria, [m] Rataſpen. Iterum juxta præfatam civitatem Hiſpalis, eſt civitas

[a] Duæ forſan urbes ſub hac dictione concluduntur, *Ipagrum* ſcilicet notum jam ex Antonino & Concilio Elibertano, & *Sabe* vel ſimile quid, quod his in partibus non occurrit apud auctores.

[b] Inter *Ipagrum* & *Antiquariam* Antoninus *Angellas* reponit. *Semella* vero nullibi apparet.

[c] *Matuſaro* ſcribitur apud Antoninum.

[d] *Aritium Pretorium* Ptolemæo & Antonino.

[e] Infra *Aritium-Pretorium* & ultra *Tagum* flumen, *Hierabrigam* conſtituit Antoninus in Itinerario. Num ea erit quæ *Perbriga* hic nuncupatur, de qua nulla mentio extat alibi.

[f] *Baſilippo* ab Antonino vocatur, eſtque alia omnino à *Baſippone*, contrarium tamen Surita ſuſpicabatur.

[g] *Orſone* forſan, aut *Ourſone* legi debet. Οὐϱσὼν autem Strabonis, quæ Ὀϱσῶνα Appiano, *Oſſuna* nunc exiſtimantur Ambroſio Morali.

[h] Locus hic ſilentio præteritur apud ceteris.

[i] *Oſtippo* ſcribitur apud Plinium & Antoninum.

[k] A ceteris neſcitur.

[l] Eadem urbs eſt, de qua in ſuperioribus.

[m] Locus à nullo hactenus memoratus.

quæ dicitur [a] Oripon, [b] Ugium, [c] Cappa, Sandone, Burdoga, Saguntia, Assidone. Iterum juxta prænominatam civitatem Hispalis, dicitur civitas [d] Tenia, [e] Tusci, [f] Hilpula, Onoba, Urion, [g] Aruci, Fines, Seria. Item juxta superius nominatam civitatem Ossaron, quæ ponitur non longè ab oceano, est civitas quæ dicitur [h] Alantule, [i] Alba, [k] Seustatio, [l] Belegia, [m] Sobobrica, Antequia, [n] Birobesca, [o] Tonobrica, [p] Segis-

[a] *Orippon* per duplex *p* scribitur apud Antoninum. Nunc, ut creditur, *Villa de las Hermanas.*

[b] Οὐγία Ptolemæo, Antonino *Ugia.*

[c] *Cappa*, *Sandone* & *Burdoga* urbes hactenus incognitæ permanserunt.

[d] De *Tenia* ubique silentium.

[e] Plinio & Antonino *Tucci.*

[f] *Ilipula* minor Plinio dicitur, Ptolemæo Ἰλίπουλα.

[g] Nunc *Arroche* Andalusiæ vicus.

[h] Antoninus *Alantonem* vocat, ejusque situm prope *Pompelonem*, octavo scilicet lapide, fuisse significat.

[i] *Vardulorum Alba* est, de qua Ptolemæus, & post eum Antoninus.

[k] Ptolemæo Σουεστάσιον, *Suissatium* Antonino. In *Caristis* stabat, ex eodem Ptolemæo.

[l] Autrigonum Οὐινδελεία Ptolemæo; *Vindilegia* nonnullis Antonini MSS. codicibus.

[m] A nemine prius memorata.

[n] Οὐιρουέσκα Ptolem. aut Βουρουέσκα, variant enim codices MSS. *Virovesca* Antonino. *Biruiesca* hodie appellatur teste Villanovano. Pinetus tamen in sua Plinii versione *Vera* interpretatur.

[o] Hactenus incognita.

[p] Hinc Plinii *Segisamonenses. Segesamonem* legit Antoninus.

amone, [a] Pistoraca, [b] Ambinon, [c] Lacobrica, Biminatium, [d] Gela, [e] Antia, Comeniaca, [f] Brigiton, [g] Præterion, [h] Uco aquarum, [i] Ocelodorum, Comeniaca, [k] Sebarium, Salmantica, Sentice, Appos, Coloricum, Cappara, Bustiana, Turmulum, Castris, Sorores, quæ con-

[a] *Pisoracam* fluvium in Durium influentem ex veteribus inscriptionibus à Grutero relatis pag. 153. & 154. memorat Motales, nunc dicitur *Pisuerga*. De cognomine autem urbe, nihil.

[b] *Murbogorum Ambisna* Ptolemæo, in Latinis codicibus occurrit, in Græcis autem desideratur.

[c] Sic etiam scribitur in MSS. Antonini codicibus, licet *Lacobrigam* Surita reposuerit, Plinii & Ptolemæi auctoritatem secutus. Idem casus *Biminatio*, seu *Viminacio* evenit.

[d] Incertum est, utrum in codice legi debeat *Vela*, aut *Gela*; neutrum forsitan, sed potius *Tela*, de qua Antoninus *Intercatiam* inter & *Pintiam*. Γέλλα tamen Ptolem. Vaccæorum urbs est.

[e] *Antia* & *Comeniaca* urbes sunt à nullo veterum memoratæ.

[f] Ptolemæo Βειγαίκιον, *Brigecum* Antonino.

[g] *Pratorium* sine dubio, illius licet hic nemo meminerit.

[h] Antonino *Vicus Aquarius*.

[i] Sic Antonini codices, ut plurimum: Surita tamen *Ocellum Durii* scribit.

[k] Harum urbium distantiam ab invicem, earumque nomina sic describit Antoninus ordine retrogrado.

Ab Emerita.

Ad Sorores M. P. XXVI. *Castra Cæcilia*, aut *Castris Celicis* M. P. XX. *Turmulos* M. P. XX. *Rusticianam* M. P. XXII. *Capparam* M. P. XXII. *Cæcilionem*, aut *Cæcilio vico* M. P. XXII. *Ad Lippos* M. P. XII. *Senticem* M. P. XII. *Salmanticam* M. P. XXIV. *Sibariam* M. P. XXI. *Ocellum Duri* M. P. XXI. *Comeniacam* omittit Antoninus ut & ceteri omnes. *Coloricum* præterea suspicor à *Cæcilione* diversam esse urbem, de qua nemo meminerit.

finatur cum suprascriptam civitatem Augustam Meritam. Item in ipsa Spania, juxta civitatem quam supra diximus Augustam Braccariam, dicitur civitas [a] Salamana, [b] Aquis Ocerensis, [c] Aquis Cercenis, Geminas, Salientibus, Præsidium, Nemetobrica, [d] Foro Gigurnion, [e] Ginistaria, Bergidon, [f] Amnion, Asturica, [g] Balsata, Interamnum, [h] Memoriana, [i] Luco-Astorum, [k] Passicin, Amneni, Lugisonis, Ponte Abei, Lugo-Augusti, [l] Ponte Nartiæ, Brevis, [m] Assegonion, [n] Iria, Aquis Celenis. Currunt

[a] *Salamanam* item exhibent codices Antonini aliquot, *Salanianam* licet Surita scripserit.

[b] Idem Surita & alii editores Itinerarii Antoniniani scribunt *Aquas Origines*: non desunt tamen codices aliquot in quibus legatur *Aquis Originis*, quod nostro legendi modo propius accedit & ipso fulcitur.

[c] Ptolemæo Ὕδατα Κουακέρνα, *Aquas Querquennas*. *Querquernorum* Plinius meminit.

[d] Ptolemæo Φόρος Ἐγούρρων. *Forum* absolute Antonino.

[e] *Gemestarium* Antonino.

[f] Locus nemini antea cognitus.

[g] *Vallata* Antonino, nunc *Vanença* prope *Astorgam*.

[h] A nemine memorata.

[i] Λοῦκος Ἀστουρῶν Ptolem.

[k] Loca illa, quæ inter *Lucum Asturum* & *Lucum Augusti* continentur, incognita fuerunt hactenus.

[l] Non videtur esse *Pons Nevia* Antonini, sed potius locus, qui eidem Antonino *Martias* dicitur, inter *Brevim* & *Lucum-Augusti*.

[m] *Assecaniam* scribunt MSS. codices aliquot Antonini, & editio Simleriana; Assconiam Suritana, quæ non raro nomina vitiata integris substituit.

[n] Mendose *Pria* Antonino, est enim Ἰρία Φλαουΐα Ptolemæo.

autem per ipſam Spaniam diverſa flumina, inter cetera quæ dicuntur, id eſt Iberus, [a] Medulla, Tagus, Bætis, Samus, Ribeſia, Clerum, [b] Nabam, Hade, [c] Minua. Completur autem ipſa Spania, habens finem ab uno latere, juxta litus Oceani, [d] Saltum Pyreneum Spano-Guaſconiæ, & deinde ipſum Saltum Pyreneum-Guaſconiæ; juxta vero mare magnum Gallicum, ipſum Saltum Pyreneon & provincia Septimania. Ab alio vero latere, habet ipſa Spania finem multoties dictum mare magnum Gallicum Balearicum. A tertio namque latere habet ipſa Spania finem Oceanum, quod ſuperius diximus Occidentalem Britanicum. A quarto etenim latere habet ipſa Spania finem, quod ſuperius diximus fretum, qui dicitur Septem-Gaditanum. Qui fretus ex ejuſdem mari Gallico ingreditur in prædictum Oceanum occidentalem Britanici. Quod fretum dividit inter Africanam

[a] *Medulla*, *Samus*, *Ribeſia*, *Clerum*, & *Hade* apud veteres ſcriptores nullatenus comparent.

[b] Forſan eſt Ptolemæi Νάβιος in Hiſpania Tarraconenſi.

[c] *Minium* intelligere debes.

[d] *Saltus Pyrenæi* meminit Æmilius Probus in Annibale, Suetonius in Jul. Cæſare, Livius Dec. I. l. 6. I.

& Maurorum patriam, ex ſupraſcripta Spania.

XLVI. Completur autem tota Europa, habens finem ab Oriente prænominatos montes Rimphæos, ex quibus ſupraſcriptus fluvius Tanaïs egreditur è montibus Caſpicis, & Caucaſis. Qui fluvius Tanaïs in paludibus ſua deponit fluenta. Ad partem vero meridianam, habet ipſa Europa finem mare magnum Ponticum, ubi paludes Mœotidæ ingreditur, nec non anguſtum currit de Ponto in Propontida, & poſtmodum in Elliſpontum. Hinc pelagus Adriatici, qui antiquitùs Ionicum dicitur, & dehinc colfum Italiæ & colfum Gallici [a] Valeriaci Spaniæ, uſque ſupraſcriptum, qui dicitur Septem-Gaditanum. Ad partem enim ſeptentrionalem, habet ipſa Europa finem Oceanum, qui tangit Scythiam eremoſam, item Amazonas ſunt, ubi eas, poſtquam egreſſæ ſunt de montibus Caucaſis, antiquitùs fuiſſe legimus. Poſtmodum tangit ipſe Oceanus Roxolanos, nec non Sarmatas; iterum Scythiam, poſtmodum Rerefennos & Serdefennos, verum etiam Danos, necnon & Saxones, etiam Friſones. Ad par-

[a] *Balearici.*

tem denique occidentalem, habet ipſa Europa finem Oceanum Galliæ Belgicæ, quam modo Francorum poſſidet generatio. Item Oceani Britanici Spano-Guaſconici, verum & Spanici, uſque ſupraſcriptum fretum quod diximus Septe-Gaditane, ubi eſt mons [a] Statiola, vel inſulæ [b] Fortunatæ.

[a] *Statiola* mons incognitus.

[b] *Fortunatas* inſulas tres ad Hiſpaniam memorat Solinus.

LIBER QUINTUS.

PERIPLUS MARIS MEDITERRANEI cum utriusque maris insulis.

I. ET si amat, LECTOR, vel AUDITOR volunt subtilius scire totas civitates circa litora totius maris magni positas tantum modo unam alterius connexam: vel si eas jam totas nominavimus per singulas suas positas patrias, Christo nobis auxiliante, minutius designemus. Quod Ravenna, Cæsarea, Classis, Arimino, Pesaro, Fano, Senegalias, Sextias, Ancona, Numana, Potentia, Sacrata, Flesor, Pausulas, Tinna, Firmo, Cupra, [a] Troentino, [b] Pturno, Castronovum, [c] Macrinum, [d] Pinnis,

[a] Supple *Castro*, aut lege *Truentum*: utrumque enim apud Veteres obtinet.

[b] *Pturnum* nullus alius memorat.

[c] Sic scribit & Peut. tab *Matrinum* vero, qui ipsi ævo superiores sunt scriptores.

[d] *Pinnam* exhibet Peutingeriana tabula, *Pinnas* memorat Paulus Vvarnefridi, *Pinnensium* quoque meminit Plinius. Nunc *cività di Penna*, teste Cluverio.

[a] Salinis, [b] Aderno, Ortona, Anxanum, [c] Theanum, Teadem, Annum, Pallanum, Iltonium, Larinum, Teanopolo, Ergitio, Hoccinie, Pordona, Atre, Siponto, [d] Dixanum, Salinis. Aufidum, Bardulos, Tirenum, Natiolum, Barium, Turris Cæsaris, Dixium, Ignatiæ, Speluncas, [e] Brindice, Baletium, [f] Lubias, [g] Ydronto, [h] Minerva, Veretum, Saletium, Neretum, Manduris, Tarantum, Metapontum, Heraclia, [i] Anival, Caulon, Locris, [k] Syleon, Syleon, Leucopetra, Regio Julia. Suprascriptum au-

[a] *Salinas* has sola prius loquebatur Peutingeriana tabula.

[b] *Aternum* ceteris, superius tamen, scilicet in Italiæ descriptione, *Aderno* iterum reperies.

[c] *Teanum* duplex tantum cognoscitur; *Sidicinum* unum, quod procul hinc stat; *Apulum* alterum, quod mox nobis occurret. Hoc igitur singulare Anonymo nostro sit.

[d] *Anxanum* scribitur supra, & etiam in Peutinger. tabula.

[e] *Brindesium* supra, ceteris *Brundusium*.

[f] In superioribus *Lupia* scribitur, ut etiam apud ceteros, qui hujus loci meminerint.

[g] Frequens est aspirationis omissio in codice. Hic *Hydruntum* nemo non intelligit.

[h] *Arx Minervæ* Virgilio, *Castra Minervæ* Peutinger. tabulæ, *Minervium* supra nuncupatur.

[i] Id est *Castra Annibalis*, ut superius monuimus.

[k] Semel tantum legitur hæc dictio superius Hic vero primo pro *Scylla* scopulo, secundo autem pro *Scyllæo* oppido positam opinor. Eumdem situm, inter *Locros* scilicet & *Leucopetram*, ipsi assignat & Peutinger. tabula, secus ceteri.

tem circa ipsum litore mare, à civitate Ravenna usque prædicta civitate Rhegio-Julii, sunt civitates [a] sexaginta novem & supputantur milliaria mille duodecim.

II. Iterum civitas Columpna Regia, Arciades, Tauriana, Vibona Valentia, [b] Tenna, Temsa, Clampetia, [c] Ercules, Cerellis, Lanimunium, Blandas, Cesernia, [d] Veneris, [e] Boxonia, Bellias, [f] Erculam, Pæstum, [g] Salanum, Salernum, Nuceria, Surentum, [h] Minerba, Stabios, Sarnum, Pompeis, Opolentis, [i] Merclanium, Neapolis, [k] Cryptam, Puteolis, In viniis, Cumas, Baias, Mis-

a Sexagintà octo dumtaxat apparent. Hinc nonnullam Librariorum incuria desiderari certum fuerit.

b *Tanum* supra, *Tannum* Peutingerianæ tabulæ.

c Vel sede propria motum fuerit verbum hoc, vel locum à nullo prius memoratum significabit.

d Sive locus, sive templum aut quid aliud fuerit, nemo nos docet, hunc enim locum ceteri omnes neglexere.

e Idem locus, qui supra *Buxentum* dicitur.

f Urbem hanc, aut quicquid sit, omittunt ceteri.

g In descriptione Italiæ *Silarum* legitur inter *Pæstum* & *Surrentum*: unde mendum huc irrepsisse suspicor, nam præterea *Salanum* apud nullum scriptorem reperies.

h *Minervæ promontorium* & *templum* intellige. Pro utroque Cluverium consule si libeat. Ante *Surrentum* debebat occurrere.

i *Herclanium* potius, ut supra monuimus.

k Cave urbem hoc verbo intelligas: eo enim *Pausilypus* mons cuniculo perfossus significatur, ut auctores mihi sunt Seneca lib. 7. Epist. 55. Strabo lib. 5. &c.

ſenon, Liternum, Vulturnum, Safon, Sinueſſa, Menturnis, Caieta, Formis, Fundi, Tarracina, Turres, Cercellos, Turres-albas, Cloſtris, Aſtura, Antium, Lavinium, [a] Laurente, Oſtia Tyberina, Roma, Portum Auguſti, Alſium, Pyrgos, Punicum, Caſtronovo, Centumcellis, [b] Minium, Tabellaria, Craviſca, Martha, Foro-Aurelii, Armenta, Novas, Saturnia, [c] Succoſa, Coſa, Portum, Albinia, Telamone, Aſta, Umbrone, Malliana, Populoni, Vadis-Volatianis, Celſin, Ballia, Erculis, Fines, Piſcinis, Turrida, Piſis, Foſſis Papyrianis, Taverna frigida, Lunæ, [d] Pulio, [e] Bigola, Rubra, [f] Cornelia, [g] Cebula, Minetia, Boro, Bexum, Turres, Stateile, [h] Alpiniana, Ad monilia, Ad Solarium, Ricina, Genua, Ficlinis, Aſta, Navalia, Alba docilia, Vigo virginis, Batis Sabbatis, Albingano, Loco Ber-

a *Laurentum* oppidum hiſtorici Romani omnes loquuntur.

b *Minionem* amnem, aut certe urbem juxta ipſum poſitam intellige.

c Rectius *Sub-Coſa* in ſuperioribus ſcribitur.

d *Pullion* ſupra.

e *Bibola* ſcribitur in ſuperioribus.

f Vide quæ de hoc loco diximus in Italiæ deſcriptione, ad verbum *Conclium*.

g *Cebula* & *Minetia* urbes incognitæ ceteris ſunt, & etiam omiſſæ cum Italia deſcriberetur.

h Peutingerianæ tabulæ *In Alpe Pennina*.

manis, Costaballeni, Ad Vigintimilio, Alpe maritima. A civitate quæ dicitur Rhegio Julii, circa ipsa litora maris, usque civitatem quæ vocatur Alpe maritima, sunt civitates centum [a] undecim & supputantur milliaria mille.

III. Iterum civitas Pomune, Scapiana, Nicea, [b] Micalo, colonia Dicæorum, Antipolis, Orea, Foro Julii, Patavi, Carnarium, Teguiitia, Aquis Sextis, Massilia, Solarianum, Calcaria, Vicesimum, Colonia maritima, Fossis Marianis, Nemaus, Megalona, Agatæ, Calum, Latara, Sextantione, Aquæ Con-

[a] Pro quindecim positum par est credere, totidem enim loca numerantur.

[b] Inter *Niceam* & *Antipolim Melæ Conditia* supra nobis occurrit in descriptione Provinciæ, locus autem ille à nemine veterum memoratur, sed neque *Micalo*, nec etiam *Colonia Dicæorum*, quæ hic in eodem situ exhibentur. Præterea suspicione quadam feror, ut credam *Melæ Conditia* & *Micalo Dicæorum*, de eodem loco dicta esse, mendumque in alterutrum irrepsisse, id quod à vero non multum abhorret. Cum igitur circa *Niceam* & *Antipolim Deciates*, seu *Deceates* incoluisse ex Polybio certum sit, legatione CXXXI & CXXXIV; *Deceatumque* oppidi, post *Niceam* & ante *Antipolim*, meminerit Pomponius Mela lib. 2. cap. 5. his verbis: *Nicæa tangit Alpes, tangit oppidum Deceatum, tangit Antipolis:* dicendum puto *Micalon*, seu *Melacon*, esse *Deceatum* oppidum illud primarium, cujus nomen proprium ignorabatur. Hodie forsan *Malausene*. De ceteris locis nihil hic dicam; aut enim notissima sunt, aut de illis actum superius.

venarum, Burrea, [a] Buget, Rufino, Beterris, Narbone, [b] Combusta, Ruscinone, [c] Aquæ calidæ, Pyreneum, Deciana, Cinniana, Gerunda, Aquis Bocconis, colonia Barcino, [d] Seterram, Prætorium, Aragona, Fines, Antistiana, Palturiana, Tarracone, [e] Saltum, Pinon, Trea capita, Dertosa, Rubricatum, [f] Ildum, Intibili, Saguntum, Valentia, [g] Suoenedio, Alternum, Setabi, Turres, Edelle, Celeri, Lucentes, [h] Ad leones, Ilice, Chartago Partaria, Baria, Abdera, Cæsarea. A civitate quæ dicitur Alpe maritima, circa ipsa litora maris, usque civitatem quæ dicitur Cæsarea

a Inter *Burrea* & *Rufinum* in Septimaniæ descriptione, *Abate* medium ponitur: cum autem de diversis oppidis hic agi non facile mihi persuaserim, mendo affectam esse alterutram dictionem suspicor.

b Hujus loci meminit etiam Antoninus.

c Veterum nemo *Aquas Calidas* has memorat.

d Sede propria motus est locus ille, & ante *Barcinonem* occurrere debuit.

e *Saltum* & *Pinon* urbibus à ceteris non memoratis accense.

f Antonini Itinerarium *Intibilim Ildo* præponit.

g *Sucrone* & *Dianio* legi debet hic, si veritate nitatur mea suspicio.

h Locus hic, ut supra observavimus, incognitus ceteris est. Ejusdem nominis alius nobis occurrit in Africa lib. 3. §. v, qui etiam à nemine alio memoratur. Multa præterea, in Africæ descriptione nostra, sunt loca alia, quæ ceteri omnes prætermiserunt, quibus cognominia in Hispania reperies. Nec mirum, regionum enim ambarum proximitas, utrosque populos sæpius inter sese miscuit.

sarea sunt civitates [a] septuaginta & supputantur milliaria mille decem.

IV. Iterum civitas Lenuba, Malaca, Suel, Barbesola, Saldo, Bamaliana, Cartegia, Transducta, Cetraria, Melaria, Bælone. Hic invenitur fretum, quod multoties nominavimus, quod dicitur Septe [Gaditanum] quod dividit inter Yspaniam, & maritimam Mauritaniam. Quod fretum exiens de mari magno Gallico-Valereaco, vergit in Oceanum occidentalem Britanicum. Quod multoties dictum fretum transiens homo circa litora maris magni, in Maurorum terra mox invenitur civitas, quæ dicitur [b] Bovalica, Sala, Tamusida, Banasa, Frigidis, Lix colonia, Tavernis, Zili, Tingi colonia, [c] Parietina, Portum Sigense, [d] Galaxia, [e] Valonice, Portum magnum, Arsenaria, Cartenna, Lar castellum, Gunugus, Cæsarea, Tipasa, [f] Ubori,

[a] Hic etiam assignatum numerum vix reperies.

[b] In descriptione Africæ scribitur *Boba'lica*. Ceteri vero eam minime recensent.

[c] *Pareatina* vocatur in superioribus.

[d] *Galama* legitur in codice nostro. Verum *Galaxia* scriptum reperies in Peutingeriana tabula, & supra in Africæ descriptione.

[e] *Valonicen* urbem quis veterum novit? Οὐαλοι quidem Ptolemæo fluvius est Mauritaniæ Tingitanæ, sed *Tingi* multo vicinior, quam *Valonice* hæc esse debuit.

[f] Locus ubique omissus, etiam supra in Africæ descriptione.

Icoſium, Ruſguniæ,[a] Cyſi municipium, Ruſucurum municipium, Lomnio,[b] Ruſvviſir, [c] Ruſuvis municipium, Saldas, Muſluvion, Orea, Choba, Igilgili, Paciani, Cullu; Ruſicade, [d] Paracia, [e] Culucia, Zacca, [f] Monumentum Annibal, [g] Mazar, Tacatua, Sulucum, Ypone regio, Ubr. A civitate quæ dicitur Bovalica [uſque civitatem quæ dicitur] Ubr, ſunt civitates ſexaginta & [milliaria] ſupputantur mille quindecim.

V. Item civitas [h] Armoniacus, [i] Diana, [k] Tuniza, Tabraca, Ypone-Zareſtum, [l] Tuniſſa, Membrone, Utica, Gallum Gallinacium, Carthagine, Thunos, Maxula, [m] Gumis, Carpas, [n] Aquas,

[a] Ptolemæo Κίσση: *Ciſi* municipium Antonino.

[b] Ptolemæo Ρουσυβικαρ.

[c] *Ruſazis* municipium Antonino, Ρουσαζους Ptolemæo; *Ruſazus* Plinio.

[d] *Paracianis* Peut. tabul. Antonino *Paratianis*.

[e] Ptolemæi *Collops parvus* eſſe videtur; *Culucitanas* Antonini & Peuting. tabulæ.

[f] Fruſtra fuerat erectum, ſi noſter periiſſet Anonymus.

[g] In Peutingeriana tabula inter *Zacam* & *Tacatuam* *Muharur* exhibetur, de quo loco nihil alibi, ſed neque de eo, qui *Mazar* hic dicitur.

[h] Urbs haud dubie poſita ad *Rubricatum* fluvium, qui in ſuperioribus *Armoniacus* appellatur.

[i] *Ad Dianum*, aut potius *Ad Dianam* Antonino.

[k] *Tuniba* Peut. tabulæ.

[l] In deſcriptione Africæ ſcribitur *Tumiſſa*; conſule notas noſtras ad hoc verbum, ſi lubet.

[m] *Maxulam* inter & *Carpas* urbs nulla, nullus locus recenſetur apud ceteros. *Gumis* ergo ex hactenus incognitis eſt.

[n] *Aqua* etiam hæ à ceteris prætermittuntur, ſi Peut. tabul. exceperis.

[a] Simnina, [b] Missua, Clypeis, Curubis, Neapolis, [c] Pulpu, Adrimetum, Ruspina, Lepte minus, [d] Tapsuni, Sublectè, [e] Acola, Ruspe, Usyla; Taparura, Thænas, Macomades minores, Ad oleastrum, [f] Præsidium; [g] Lucernæ, [h] Palmam; Tacapas, [i] Giltit, Zita, [k] Puteabalenæ, [l] Præsidium, [m] Fisidia, [n] Gipsarea, [o] Ammonis, Sabrata, Pontos, [p] Passaria, [q] Oeea, [r] Turris alba, [f] Getula,

a Superius scribitur *Sinuama*. Utrum accuratius incertum est.

[b] Plinio & Peuting tabulæ *Misua*, Νίσουα Ptolemæo.

[c] Antonino *Putput*, *Pudput* Peuting. tabulæ. At legendi modus noster firmatur Prisciani loco hoc ex T. Livii lib. 13. qui periit, mutuato: *Et ipse circa Pulpud oram tuebatur.*

[d] *Thapsus* cum aspiratione legitur apud Cæsarem, Ptolemæum, Livium, Stephanum, &c.

e Αχόλα Ptolemæo, Αχόλλα Straboni, *Acholitanum* oppidum Plinio.

[f] Notum hactenus fuit ex sola Peuting. tabula, in qua scriptum reperies *Præsidio Silvani*, XIX. milliari à loco dicto *Ad Oleastrum*.

[g] Peuting. tabulæ *Lacene* nuncupatur.

[h] *Ad palmam* Peutinger. tabula.

[i] *Githi* supra scribitur. Vide notas ibidem.

[k] *Putea pallene* legit Peut. tabula.

[l] Ejus distantia à *Pisida*, quæ hic *Fisida* dicitur, ut & apud Antonin. XV. milliar. erat; ex Peut. tabula.

[m] Πισίνδα Ptolemæo.

[n] *Cipsaria* vocatur in superioribus.

[o] Peuting. tabula *Ad Amonem*; à ceteris omittitur.

[p] *Assaria* Peuting. tabulæ. Incertum quæ sit melior legendi ratio, ceteris tacentibus.

[q] *Colonia* est jam ex Antonini Itinerario, Plinio, Tacito, Pomponio, &c. cognita.

[r] Peutinger. tabula *Turris Ad Algam*.

[f] *Getullu* scribit Peuting. tabula.

[a] Quintiliana, à civitate quæ dicitur Ubr, circa ipso litore maris, usque civitatem quæ dicitur Quintiliana, sunt civitates [b] quinquaginta duo, & supputantur milliaria mille tringinta & octo.

VI. Iterum civitas [c] Palma, [d] Mata, Leptis magna, [e] Subgoli, Nivergi, Simadana, Thubactis, [f] Rusticiana, Cisternas, Nadalus, Dision, [g] Onuzol, Musol, [h] Ficum, Prætorium, Putea nigra, Macumades majores, [i] Zaures, [k] Speluncas, [l] Isina, [m] Mugud, [n] Aulacon, Palmam, [o] Capsum ultimum,

[a] Locum hunc, cum superioribus duobus, sola Peut tabula cum nostro Anonymo exhibet.

[b] Et hic etiam in numeris vitium est.

[c] Peuting. tabul. *Ad palmam.*

[d] Locus nemini antea memoratus.

[e] Peuting. tabula *Sugolm*, mendose ut suspicor, pro *Subgolin.*

[f] Hic *Casam Runonianam*, xxv. scilicet mill. à *Thubactis* locat Peuting. tabula. De *Rusticiana* autem & de *Casa Runoniana* altum silentium apud ceteros.

[g] *Chosol* Peuting tabulæ, xxv. mill. à loco sequenti.

[h] *Ad Ficum* Peuting. tabulæ, locus ceteris incognitus, ut etiam sunt *Prætorium* & *Putea nigra*, quæ sequuntur.

[i] *Zure* Peutinger. tabul. Victor Vitensis lib. 2. *Zuritanum* Episcopum memorat, quem alibi sedisse non suspicor.

[k] *Ad Speluncas* Peutinger. tabulæ, quæ hujus loci sola etiam meminit.

[l] *Iscina* Antonino & Ptolemæo.

[m] Frustra locum hunc alibi quæsieris.

[n] *Aulabon* Peuting. tabulæ. De eo ceteri tacent

[o] Peutinger. tabula, *Ad Capsum ultimum.*

[a] Turre lapideum, Zacasania, [b] Dicdica, Tragulis, Ara Philonorum, Anabucis, [c] Priscum, Corniclanum, [d] Phinica, [e] Noetum, [f] Zan, [g] Vern'ci le, Adrianopolis, Teuchira, Ptolomagida, Gallis, Cœnopolis, Balacris, Apolonia, Cyrene, Agabis. Suprascriptam civitatem quæ dicitur Quintiliana, circa ipsa litora maris, usque ad civitatem quæ vocatur Agabis, sunt civitates quadraginta quinque, & supputantur mil'iaria mille viginti quatuor.

VII. Iterum civitas Mandis, Paliuris, Metiris, Gonia, Antipegoni, Cardum, Nemeseo, Catabathmon, Rogiatin, [h] Aradum, Nesus, Paroetonio, Fi-

[a] *Al Turrem* absolute in Peut tabula.

[b] Mendose Peutinger. tabula *Digida munic'pium Selorum ; Dicdica* si quidem scribitur etiam apud Antoninum.

[c] Peutinger. tabulæ *Priscu taberna* XVIII. mill. à *Corniclanu.*

[d] *Phenica* Peutinger. tabulæ, XXV. mill. ultra *Corniclanum.*

[e] Extra Peutinger. tabulam locum hunc & tria superiora non invenies.

[f] In Peuting. tabula, XXV. mill. post *Noetum* occurr't *an taberna :* cum autem *a* litteram primam, minusculam efformari animadvertissem, statim existimavi priorem hujus dict:onis partem, characteribus forsan fugientibus, fuisse omissam à calcographo. Legi igitur forsan debet *Zan taberna.*

[g] Intellige *Bern'cidem*, de qua in superioribus actum est.

[h] *Araton* scribitur in descriptione Ægypti, *Aratu* in Peutinger. tabula.

liſcum, Patricon, Comaron, Monocaminon, Almiris, Tapoſtri, Alexandria, Canopon, Ermupolis, Tani, Buto, Thamui, Xoin, Eracleo, Piluſion, Gerro, [a] Caſſion, Oſtracina, Rinocururon, Rafis, Gaza, Aſcalon, Azotum, Jamniam, Joppe, [b] Apollonia, Cæſarea Palæſtinæ, Dora, Ptolomagida, Ecdippa, Tyros, Sydona, Beriton, Pale-Biblos, Boſtris, Tripolis, Ortoſiada, Antaradon, Balaneis, [c] Baltum, Gabala, Laudicia. A civitate quæ dicitur Agabis, uſque ad civitatem Lauditiam ſunt civitates [d] quinquaginta quinque, milliaria mille trecenta.

VIII. Iterum civitas [e] Orientis, Seleucia, [f] Roſelo, [g] Alexandria Cata Iſſon, Iſſon, Catabulon, [h] Hire, Ægis,

[a] Plinio *Caſius mons, delubrum Jovis Caſii. Caſſium* oppidum eſt Antonino & Ammiano Marcellino.

[b] Ptolemæo & Stephano hæc memoratur.

[c] Πάλτος Ptolemæo & Stephano, Peuting. tab. *Palto.*

[d] De hoc numero una tantum deſideratur.

[e] Peutinger. tabula *Ad Orontem.* Non incelebris eſt *Orontes* fluvius; nec tamen merum hic eſt Librariorum mendum, nam Egeſippus lib. 3. & Iſidorus ſcribunt fluvium illum *Orientis* nomine, propter ſuam originem, ab antiquis fuiſſe donatum.

[f] Ῥῶσος Stephano, Ῥωσος Ptolemæo, Tabulæ Peuting. *Roſos.*

[g] Diſtinctionis gratia ſic dictam à proximitate *Iſſi* oppidi ſuſpicor. In Peutinger. tabula ſcribitur *Alexandria Catiſſon.*

[h] Locus hic à ceteris quibuſcumque prætermittitur.

Mallon, Cygnos, Zephyrion, Solde, Corycos, Seleucia, [a] Zephurion, [b] Sapedon, Crunis, Celenderis, Arſinoe, Anemuria, Antiochia Epitragon, Selenunte, Jotapi, Syedra, Coraceſion, Cibira, Side, [c] Emmidion, Magydon, Atalia, [d] Olivia, Faſelis, Coridalium, Limyra, [e] Antifilon, [f] Pateris, Telmiſon, Pathehumis, Lindon, [g] Gaunon, [h] Precos, Lorimna, Cnidum, Alicarnaſum, Mindon, Laſon, Mileton, Eraclia, Pirra, Lince, Palene, [i] Micale, Epheſum. A civitate quæ dicitur Lauditia, circa ipſa litora maris, uſque ad civitatem Epheſum, ſunt civitates quinquaginta tres, & ſupputantur milliaria mille quindecim.

[a] Ζεφύριον promontorium Ptolemæus hoc in loco recenſet.

[b] Σαρπηδὼν ἄκρα Ptolemæo, Straboni, &c. *Sarpedon* Pomponio urbs eſt Ciliciæ.

[c] Aut locus ceteris incognitus eſt, aut mendum eſt, cum *Eurymedon* ſcribi oporteat.

[d] Id eſt *Olbia*, de qua Ptolemæus inter urbes Pamphiliæ.

[e] Veteres ſcribunt *Antiphellum*.

[f] *Pataram* Lyciæ metropolim hanc eſſe, ſupra jam monui.

[g] Peutinger. tabula mendoſe ſcribit *Cono*, rectius in Caria Plinius, *oppidum Caunos liberum*. Illius etiam meminere Ptolemæus, Herodotus & Pomponius.

[h] Nulli hactenus memoratum oppidum.

[i] Mycalen montem Veterum plerique loquuntur; oppidum nullus. De hoc monte Arrianus lib. 5. de geſtis Alexand. magni: *Taurus mons .... à Mycale monte qui eſt Samo inſula oppoſitus, incipit.*

IX. Iterum civitas Cayſtron, Colophon, Lebedon, Teum, Smyrna, [a] Tenum, Cyme, [b] Myrenna, Elea, Pitina, Attalia, Elatia, Corifanium, Adrimitin, Antandro, Gangaron, Aſſon, Smynthio, Alexandria Troas, Ilion, Dardanon, Abydon, Lamſacum, Parium, Priapum, Granicon, Cyzicon, Apamia, Pruſias, Cion, [c] Proneſion, [d] Eribulion, Nicomedia, Libyſſa, Calcidon, [e] Urion, [f] Prumunturium, [g] Erba, Melena, Artane, Filium, Chelas, Sagaris, Hippion, Bilion, Lycum, Heraclea, Sileon, Tion, Amaſtra. A civitate quæ dicitur Epheſum, circa ipſa litora maris, uſque

[a] *Temnum* ſcribitur ſupra, in Peutinger. autem tabula *Themnum*, XXXII. mill. à *Cyme*. Locus eſt à ceteris nullatenus memoratus.

[b] *Myrinam* intellige.

[c] Peutinger. tabulæ *Pronetios*. Forſan Cedreno Πραίνετον Bithyniæ emporium.

[d] *Eribulo* Peutinger. tabulæ, XII. mill. à *Nicomedia* ni fallor. Ἐριβώλου τοῦ ἐπινείου τῆς Βιθυνίας ſolus meminit Dionis abbreviator Joannes Xiphilinus in Macrino.

[e] Arriano locus hic dicitur Ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου. Cui conſonat Peutinger. tabula. Hæc autem Chryſopolim à Fano Jovis Urii videtur diſtinguere: Synodo vero ſextæ univerſali, quæ eſt Conſtantinopolitana II. ſubſcribit Ζώνης ἐπίσκοπος τῆς Χρυσουπολιτῶν πόλεως, ἤτοι Διὸς Ἱεροῦ. Ubi forſan legi debet Διὸς οὐρίου. Nunc *Ieron* abſolute, Gyllio teſte.

[f] *Promontorium*, ſcilicet Bithyniæ, de quo Ptolemæus lib. 5. cap. 1. Peuting. tabula *Ad promontorium* ſcribit, XXV. mill. à *Jove Urio*.

[g] Peuting. tabulæ *Ad Herbas* fluvius, qui Dionyſio, Apollonio, Euſtathio Ῥῆβας dicitur, Plinio & Feſto Avieno *Rhebas*: hodie *Ribas*.

ad civitatem quæ dicitur Amaſtra, ſunt civitates quinquaginta, & ſupputantur milliaria mille triginta.

X. Iterum civitas Tycæ, Cereas, Mileton, Armone, Sinopi, [a] Cleoptaſa, Caruſa, Orgibate, Zacoria, Eleca, [b] Nautamon, [c] Ecene, Amiſos, Ancona, Eraclion, [d] Cena, Camila, [e] Fitane, Polemonium, Melantium, Ceraſum, Parnaſſum, [f] Zephirum, Philocalia, Cordule, Trapezum, Yſulime, Offeunte, Medocina, Solodicina, Gadinio, Athenas, Arcabis, Ceſſa, Rucion, Apſaron, [g] Acamas, [h] Apiſide, Nigro, Faſin, Siganion, Cotarſis, Charientos, Chobz, Taſbiros, Cyaneis, Stelippon, [i] Ni-

[a] Hæc in ſuperioribus *Cyptaſa* nominatur; quæ vox cum Ptolemæi Κυπτασία apprime convenit. *Cloptaſa* vero legitur in Peutinger. tabula, VII. milliar. à *Sinope*. *Cyptaſiam* ſuam Ptolemæus Galatiæ attribuit.

[b] Arriano Ναύσταθμος.

[c] Idem locus eſt, qui ſupra *Æzene* vocatur, Εὐσήνη autem apud Ptolemæum & Arrianum in Periplo.

[d] Ex Peuting. tabula ſola locus antea cognitus.

[e] Peutinger. tabula ſcribit *Pytane*; à ceteris nullatenus memoratur.

[f] Arriano Ζεφύριον.

[g] In ſuperioribus ſcribitur *Camaſis*. *Acampſis* autem fluvius illius regionis occurrit apud Plinium, in nova editione Harduini, & apud Arrianum in Periplo, ut ſupra monuimus.

[h] *Acampſi* flumini proximus eſt *Iſis* apud Plinium & Arrianum, nec plurimum diſcrepat *Iſis* ab *Apiſide*.

[i] Hæc aut ſaltem cognominis urbs, ſupra memoratur inter *Sindicen* & *Hermonaſam*.

copulis, [a] Lamiupulis, [b] Sevaſtopolis, Appatura, Ceppos, Stratyclis, Malichi, Achæon, Sindice, Ermonaſa, Eteobrocon, Latirita, Supatos, [c] Machara, Friciorin, [e] Erancionis, Bitrani, Chimerium. A civitate quæ dicitur Amaſtra, circa ipſa litora maris, uſque ad civitatem quæ dicitur Chimerium, ſunt civitates ſexaxaginta quinque, & ſupputantur milliaria mille undecim.

XI. Iterum civitatas [d] Patuas, Nimfæ, Dina, [f] Ichnidin, Ermoga, Teagine, Acra, Salolime, [g] Muluſmon, [h] Mucracum, [i] Alecturia, [k] Dandareon,

[a] Urbem hanc fruſtra apud ceteros quæres.

[b] Duplex olim fuit *Sebaſtopolis* in Colchide. Porro hæc Διοσκουριὰς à Ptolemæo & Arriano ad alterius differentiam vocatur.

[c] *Macara* abſque aſpiratione in Peutinger. tabula. Pro hoc loco ceteros fruſtra conſulueris.

[d] Ex alta oblivione locus hic exurgit Anonymi noſtri beneficio.

[e] *Panthuas* ſupra vocatur.

[f] Scribitur *Ichigin* in ſuperioribus.

[g] Locus ceteris incognitus.

[h] Hic etiam erit numerandus inter incognitos, niſi legi debeat *Murmiton*, ut in ſuperioribus.

[i] Φρούριον Ἀλέκτορος vocari mihi videtur in *Boryſthenica oratione* Dionis Chryſoſtomi, ipſo fere initio. Eo autem ex loco ad Boryſthenidis & Hypanis oſtia ſtetiſſe cognoſcimus. Pro hoc loco ceteros fruſtra fatigabis.

[k] *Dandari* Sarmatica gens Plinio memoratur lib. 6. ſect. 7. Item Straboni, Stephano ac Plutarcho in *Lucullo*. Verum περὶ τὴν Μαιῶτιν, aut, ut Plinius loquitur, *Tanaim amnem colebant*: & ita procul ſatis ab Hypani, citra quem fuit locus *Dandareon* hic dictus, ut ex præcedenti cognoſcitur.

[a] Olivapolis, Boristenida, Calipolis, [b] Chersona, Theodosia, [c] Dosiopolis, [d] Careon, Trapezus, [e] Tatale, Tyrice, Neceranticos, Thira, Tyrevisum, Istriopolis, Odysson, Erete, Mesembria. Suprascriptam civitatem quæ dicitur Chimerium, circa ipsa litora maris, usque ad civitatem quæ nominatur Mesembria, sunt civitates [f] triginta quatuor, & supputantur milliaria mille viginti tres.

XII. Iterum civitas Anchialis, Apolonia, Thera, Burticon, Scyleas, Filias, Timea, Sycas, Constantinopolis, Regio, Heraclia Perinthon, [g] Eraclia, Gothis, Macrontycos, Leuce, Sestos, Cela, Ca-

[a] Legi debet *Olbiapolis*, ut in superioribus.

[b] Ordo inversus videtur: hæc siquidem & sequentes aliquot ante *Alecturiam*, *Olbiam*, *Boristenida*, *&c.* debuit occurrere.

[c] Quis hanc novit præter nostrum Anonymum?

[d] Præter ea, quæ superius dixi, hoc unum addam, *Cares* scilicet ex Plinii lib. 5. sect. 7. Tanais finitima tenuisse.

[e] Supra scribitur *Totale*, *Furice*, *Nicerantici* & *Tirepsum*, nec locorum illorum quis alius meminit.

[f] Quinque ergo hic desiderantur, non enim triginta poteris numerare.

[g] Utrum vox *Gothis* cognomen sit Heracleæ, an vero distinctus locus non ausim affirmare; nec enim ceterorum scriptorum aliquis auctoritatem ad hoc mihi suppeditat. Hodie, opinor, locus hic *Heraclissa* dicitur; vici certe *Heraclissa* vocati meminit Jacob. Spon in suo Græciæ itinere, Callipolim inter & Heracleam Perinthum.

lipolis, Afrodiſia, Apris, Enos, Syraſcele, Srolanis, Dymis, Trajanopolis, Tympira, Mytoliton, Brindece, Porſulis, Coſiton, Topiron, Aconteſma, Neapolis, Filippis, Amphipolis, Apollonia, Meliſurgi, Theſalonici, Pella, Berroea, Acerdos, Bada, Anamon, Dium, Sabacion, Stenas, Turiſte, [a] Tenus, Lubion, Olympium, Lariſſa. A ſupraſcripta civitate quæ dicitur Meſembria, circa ipſa litora maris, uſque ad civitatem Lariſſam, ſunt civitates quinquaginta una & ſupputantur milliaria mille centum tredecim.

XIII. Iterum civitas Grannona, Falaphari, [b] Falſarivum, Tapedon, Thermopilas, Scarpias, Elatia, Cheronia, Chronias, [c] Dioſpias, Plateas, Pyreon, Athenas, Eleuſina, Megara, [d] Stomis, Corinthon, Cenoris, Epitauron, Ma-

[a] Anguſtiis hic premor, legamne uno verbo *Tenuſlubion*, an vero diſtincta loca ſint *Tenus* & *Lubion*, quorum nemo meminerit, ne Anonymus quidem noſter, cum regiones has in ſuperioribus deſcripſit. Ultimum neceſſarium eſt, ut urbium numerus accurate occurrat.

[b] Locus à ceteris prætermiſſus, etiam à noſtro Anonymo in Helladis deſcriptione.

[c] Ptolemæo Θεσπιαί.

[d] Hac voce intellige Iſthmum celeberrimum illum Corinthiacum, quo cum ceteris Græcorum in Europa regionibus, Peloponeſus, hodie *la Morée* connectitur.

leon, Boas, Asopon, [a] Cythion, [b] Acardia, Lacedemonia, Messene, Asine, Mothone, Pylos, Cyparissa, [c] Samachon, [d] Olia, [e] Olympidia, [f] Etide, [g] Cylene, Dymis, Patras, Ægion, Ægira, Sicyon, Lechæ. Item prædicta civitas [h] Tomis, Creusa, [i] Antheton, Anticera, Evantia, [k] Naupastores, Naupactos,

[a] *Gythion* ceteris, una Peutinger. tabula excepta.

[b] *Acardia* nullus meminit antiquorum. Fuit quidem in Peloponeso Arcadia provincia, sed Acardia constanter legit auctor noster, etiam infra in Peloponesi descriptione. His adde quod cum Acardiæ situs intra Cythium sive Gythium, ut scribunt ceteri & Lacedæmonem extiterit, ad Arcadiam *Acardia* nostra non pertinuit.

[c] Ex sola Peutinger. tabula notus erat antea locus ille.

[d] Hic autem ex nullo prorsus: sed neque etiam infra, in descriptione regionis illius comparet,

[e] *Olympiada* scribitur inferius. Hæc est Olympia Elidis, quondam Ἀρπῖνα & Πῖσα nuncupata, ut loquitur Stephanus.

[f] *Netide* Peutingeriana tabula, verum *Etide* iterum legitur infra. Ἰχθὺς Ptolemæo & Plinio promontorium Elidis est, de quo hic agi mihi suspicio est, aut saltem de urbe ipsi proxima.

[g] *Cyllene* Plinio, Κυλλήνη ἐπίνειον Ptolemæo & Thucididi. Mons est Pausaniæ, sed alio in situ.

[h] Infra scribitur *Stomis*; in Peutinger. tabula *Istamo*, quod pro *Isthmo* positum esse nemo dubitabit. *Stomis* tamen à dictione græca ςόμα forsan ducit originem, aut certe ex Isthmo corruptione natum est *Isthomo*, deinde *Stomo*, tandem *Tomo*, aut *Tomis*.

[i] *Antheon* scribitur superius lib. 4. §. x. idemque situs ipsi assignatur. Sit igitur locus à ceteris prætermissus, diversusque ab eo, qui Ptolemæo in descriptione Bœotiæ Ἀνθηδὼν appellatur.

[k] Et olim & nunc etiam celebris *Naupactus*, *Lepante*. *Naupactores* vero, sic enim legendum censeo, locus est à nullo alio memoratus.

Calydón, Evenus, Acheloum, [a] Alossum, Perdoriptum, Actia Nicopolis, [b] Glicisme, Diana, Butaroton, [c] Penice; [d] Acroceraunion, Aulona, Apolonia, [e] Apsum, Genesis, Dyrachium. A suprascripta civitate quæ dicitur Larissa, circa ipsa litora maris; usque ad civitatem quæ nominatur Durachium, sunt civitates [f] sexaginta una, & supputantur milliaria mille duodecim.

XIV. Iterum civitates Lissum, Scodris, Butua, Decadaron, Bicinion, Epitauron; Assidium, [g] Bretorum, Turres, Narona, [h] Prætoria, Biston, Aronia; Oneon, [i] Nerente, [k] Jonopen;

[a] In Acarnania stare debuerunt ambæ illæ urbes *Alossum* & *Perdoriptum*: earum tamen nullibi est memoria apud Veteres, excepta Peut. tab. in qua *Perdiorictum* scribitur & statuitur XV. mill. ab *Actia Nicopoli*; à *Perdioricto* vero Halissum, quod *Alossum* est nostro Anonymo, ibidem mill. XX. numerantur.

[b] Antonino *Clicis*, aut *Clycu limen*, Peutinger. tabulæ *Ciclis limen*, XX. milliar. ab *Actia Nicopoli*, XIII. mill. à loco dicto *Ad Dianam*, ex altera parte.

[c] *Φοινίκη* Straboni, *Phenice* Peuting. tab. *Pœnice* scribunt Antonini codices nonnulli.

[d] Hac voce *Panhormi* portum, de quo Strabo, significari existimavit Surita, in notis ad Antoninum.

[e] *Apsus* inter fluvios à ceteris recensetur.

[f] Hic sexaginta quatuor poteris numerare, verum cum unius nomen repetatur, duabus tantum constat exuberantia.

[g] Hujus loci nemo meminit hactenus.

[h] Hic etiam locus antea non memorabatur.

[i] *Netrate* mendose scribitur lib. 4. §. XVI.

[k] A ceteris quibuscumque locus prætermissus.

Spalatum, [a] Dianion, Salona, Siclis, Tragurion, Prætorianum-Cæſaris, Prætorium magnum, Auraſione, Tambia, [b] Rider, Scardona, Implecus, Arauſion, Nedinon, Jadera, Enona, [c] Dancorinthon, Agerunton, Bigi, Oſpela, Pupliſca, Senia, Turres, Rapparia, Tharſaticum, Lauriana, Albona, Arſia, Neſacia, Pola, Ruvignio, Parentium, Neapolis, Humago, Siparis, Silbonis, Pirano, Capris, Tergeſte, [d] Adbeciſſin, Foro-Julium, [e] Putiolis, Aquilegia, Concordia, Altinum, Tarbiſium, Patavi, Montis Silici, Proſilia, Adeſtum, Adrianopoli, & ſupraſcripta Ravenna. A ſupraſcripta civitate Durachio, circa litora maris, uſque ſuperius dictam civitatem Ravennatem, ſunt civitates [f] ſeptuaginta duo & ſupputantur milliaria mille ſexdecim.

X V. Ecce totum mare magnum cir-

[a] *Ad Diana* Peut. tab.

[b] Ex alta oblivione locus ille ſurgit.

[c] In codice ſcribitur *Agit-Corinthum*, ut ſuperius monuimus.

[d] Legendum credo *Ad Viceſimum*, hujus loci licet nemo meminerit.

[e] Locum cognominem nullum hic nobis ceteri ſuppeditant. An erit *Pucinum* quod Ptolem. in Iſtria, Jul. Cæſar in Carnis collocat.

[f] Paragraphus ſuperior tribus abundabat, totidem hic deficiunt, quatuor immo ſi conjunctim legi non debeat *Prætorianum Cæſaris*. Id tamen vix crediderim.

cumeuntes civitates circa ipsa litora positæ, vel aliquantarum quarum civitatum territoria, usque ad suprascriptum mare pertingunt, minutius designavimus, & sunt civitates octingintæ quinquaginta duo, milliaria tredecim millia ducenta nonaginta octo. Nullus enim æstimet quod per ignorantiam suprascriptas patrias reciprocabiliter, aut inter varietates designavimus; dum quandoque juxta Oceanum, quandoque ad mare magnum positas nominavimus, nosque denique arbitramus, quod non stultè eas ita exposuimus: sed dum inchoavimus eas aut ab oceano, vel à ludo montium ordinabiliter eas exposuimus, usque ad mare magnum, quanquam ad mare pertinximus magnum rursum reiteravimus; ut dictum est aut aludo montium, vel à prædicto oceano dilatissimo: sed quod multiloquium mittamus æstimavimus.

XVI. Quod si minimè nostræ fragilitatis fefellit mens, sicut nobis philosophorum instruxit astucia, ut super scriptum est, dum transmetatæ sunt plurimæ gentes; ut barbarus mos est, forsitan modo aliter appellantur. Nam omnes prolatas patrias mundi, Christo nobis

bis philosophorum, adjuvante Numine, alterius ex qualibet latere connexam designavimus, & fortassè aliam intentionem quispiam proposuerit, asserens quomodo æquales portiones acceperunt filii Noe, cum dictum sit ad occasum finem haberet Asia superius dictam Æthiopiam Troglodytorum, ubi secundum præfatam supputationem tertia hora diei super designationem quasi adimpleta est. Portio equidem Cham tam longissima evenisset, quæ pene quinque in se accipiet horas diei. Et Europa tamdiu longissima demonstratur, quæ quatuor horas diei accipit, & plurimas noctis. Ad quos dicendum est, quia sicut plerique sancti Patres, inter quos dicendum est Epiphanius, tum beatissimus Cypri Archiepiscopus, in suo ait eloquio, quod æquales portiones filii Noe acceperunt, id est Sem Asiam cum suis insulis, Cham Africam simili modo, Japhet vero Europam pariter. Sed dum ipsa Asia nimis in latitudine, id est ad mare magnum usque in oceanum extenditur; ideo in ea tantummodo tres quasi horæ diei supputatæ sunt, aliæ ex parte horæ noctis in ipsa portione Asiæ evenerunt. Nam præfata portio Cham artam ad mare ma-

gnum Africæ, uſque in Oceanum Mauritaniæ eſſe dignoſcitur. Sed magis in latitudine, id eſt à ſupraſcripta Rinocururon, quæ eſt inter Palæſtinam & Ægyptum, uſque ad fretum [a] Septem-Gaditanum, protenditur: & ideo quaſi pene quinque horæ diei in eadem Africa ſupputatæ ſunt. Nam de ſupraſcripta Africa, quomodo aut qualiter ponatur, Chriſto juvante, jam ſubtilius ſupra expoſuimus. Diverſas etenim altercationes expletas inſulaſque per diverſas colforas hi flexus orientis ex Oceano pertinentes, id eſt colfum Perſicum & colfum Arabicum atque colfum Hyrcanicum ponuntur, ſeu in toto mare magno, Chriſto nobis juvante, ſubtilius enarremus.

XVII. In colfo vero Perſico, ex Oceano ſummæ partis meridianæ pertinente, ſunt diverſæ inſulæ, ex qui-

[a] Abſque obſervationibus nomen hoc hactenus dimiſimus: non abs re tamen hic fuerit monere *Gaditanum* fretum apud ceterorum nullum *Septem.Gaditanum* dici. Nominis tamen hujus originem ſuppeditare mihi videtur Jordanis cap. 33. his verbis. . . . . *fretum Gaditanum vix ſeptem millibus Africam ab Hiſpanis dividit.* A diſtantia ſiquidem ſeptem millium *Septem Gaditanum* vocari contigit: aut id certe à veriſimilitudine non abhorret. Nullius forte momenti fuerit monere, fretum hoc *Gibraltar* nunc vocari.

bus & nominare volumus. Id eſt [a] Ogiris, [b] Oracea, Durcadena, Rachos, [c] Orgina, [d] Caſara, [e] Cataga, [f] Oſtana, [g] Cipruſa, [h] Tagna, Ilodes, Morcanaxia, Aſpiate, Cirta, [i] Tirus, Mapilide, Cerſonis, Pertarute, [k] Polea Poneſſos, [l] Tylos.

XVIII. Colfo autem Arabico ex oceano meridianæ partis pertinente &

a De *Ogyri* inſula mentio eſt apud Plinium & Pomp. Melam. Erravit Hermolaus, cum Ptolemæi *Organam* eamdem eſſe exiſtimavit cum *Ogyri*, *Organa* enim, ſeu *Orgina* hic aperte ab *Ogyri* diſtinguitur. Hodie *l'Iſle de Mazira*, ſi ſcopum Harduinus attigit.

[b] *Oracea*, *Durcadena* & *Rachos* à ceteris aut prætermittuntur, aut aliis nominibus deſignantut.

[c] Arriano Ὀγυάρα. Ejuſdem nominis inſulam memorat Ptolemæus, ſed alio in ſitu, in mari ſcilicet Indico.

[d] Num *Caſandra* de qua Plinius lib. 6. c. 25? *Caſara* tamen nomen retinet etiam in Peuting. tabula.

e Omnibus hactenus incognita.

[f] Magi olim *Oſtana* dicti ſunt, ut auctor eſt Suidas. Ab hac igitur inſula forſan hoc nomen Magi mutuati ſunt, aut à Magis inſula ſic fuit denominata.

g Peutingerian. tabul. *Cypruſa*.

[h] *Tagna*, *Ilodes*, ſeu *Helodes*, id eſt paluſtris *Morcanaxia*, *Aſpiate*, *Cirta*, *Mapilide*, *Cerſonis*, & *Pertarute*, nemini memorantur.

[i] Τύλος Straboni. Ejuſdem meminit & Stephanus, ſed Rubro mari eam attribuit.

[k] Duæ hic videntur inſulæ recenſeri. In Peutingeriana vero tabula *Poliaponenos* pro unica inſula ponitur.

[l] Ex Arriani lib 7. de Geſtis Alexandri Magni, hæc ab Euphratis oſtio unius diei ac noctis navigatione diſtabat; longe amplius ex Ptolemæi ſupputatione.

qui mare Rubrum dicitur, sunt diversæ insulæ, ex quibus aliquantas designare volumus. Id est [a] Dionoristene, [b] Sabeone major, Sabeon mediana, Sabeon minor, Prospegon, Saba, Ete, Cornaus, Ypostrate, Proasprum, Amatis, Martis, Cleopatris, [c] Afrodisinis, Pordiana, Memea, Polenessos, Rachios, Polices, Assima, Scopos, Ocene, Insulia, Cetrea, Sela.

XIX. Colfum vero Hyrcaniæ Isson, ex Oceano summæ partis septentrionalis pertinente inveniuntur insulæ, quæ dicuntur [d] Talartica, Virnalis, insulæ Silvestri. Versus mare magnum spatiosum, per diversa loca multæ insulæ inveniuntur, ex quibus plurimas nominare volumus. Id est in colfo Pontico ex

[a] Hactenus hæc fuerit incognita, si alia sit à Διοσκόρου insula, de qua Arrianus, Ptolem. & Plinius.

[b] Fuere quondam urbes aliquot à sinu Arabico non multum remotæ, quarum nomen an hoc non plurimum differebat, insulas autem cognomines nullas reperio.

[c] Ἀφροδίτης Ptolemæo. Ceteræ omnes ab antiquis nullatenus memorantur; *Cleopatris* tamen, & *Amatis*, seu potius *Amathis* urbium ad Arabicum sinum positarum nomen exhibent.

[d] Insulas tres depingit etiam Peutingeriana tabula in mari Hyrcano, quarum tamen nomina non suggerit. Ἐλώδεις sive *Palustres* duas in eodem mari Ptolemæus reponit, & ubi forsan Ὑλώδεις legi debet, id est *Silvestres*, ut hic scribit noster Anonymus.

nia, [a] Pullaria, Ursaria, Ceruaria. Sed aliæ [b] plurimæ insulæ in ipsa regione ponuntur, sed modicæ, & ideo eas taciturnitati commendamus.

XXV. In patria vero Venetiæ sunt aliquantæ insulæ, quæ hominibus habitantur; sed & litus finibus Apuliæ, est insula quæ dicitur Amonte, vel [c] Tremetis. In colfo autem Gallico diversæ ponuntur insulæ, ex quibus aliquantas designare volumus, id est [d] Erculis portum, [e] Boaris, [f] Bolenia, [g] Egimoron, [h] Galata, [i] Cercina, [k] Crocia, Enavia, [l] Pon-

[a] *Pullariam* Plinius memorat, nemo *Ursariam*, aut *Cervariam*.

[b] Mille amplius insulis frequentari oram Illyrici scribit Plinius lib. 3. sect. 29.

[c] Nunc etiam *Tremiti*, maxima & præcipua inter Diomedis insulas.

[d] *Herculis insulam* vocant Ptolemæus & Peuting. tabula. Sardiniæ proxima est.

[e] A sola Peutinger. tabula memoratur.

[f] Peutinger. tabulæ *Bovenna*.

[g] *Ægimurus* ex Ptolemæo & Plinio ad Africum mare pertinet.

[h] *Galata* Antonino ex his insulis est, quæ inter Sardiniam & Africam occurrunt, Καλάθη vocatur à Ptolemæo, nec procul ab *Ægymuro* ponitur.

[i] Item Africani maris insula Ptolemæo & Antonino. Mela *Cercinnam* scribit, Hirtius quoque. *Celsinam* insulam præterea inter Italiam & Siciliam habet Antoninus.

[k] *Crocia* & *Enavia* nullibi comparent.

[l] In *Pontias* Volscorum prius insulam Colonia deducta fuit, L. Papyrio Cursore V. & C. Junio Cubulce II. Coss. teste Livio lib. 9.

tus, [a] Salamina, [b] Cythara, [c] Cernia, [d] Japheton, Soloe, [e] Arsinoe, [f] Pafos, Palopaphos, Amathus. Per insulam Cypri transeunt plurima flumina, inter cetera

a *Constantia* deinde dicta fuit, cui *Famagousta* successit, non tamen in eodem omnino situ, ut patet ex inedito itinere Jerosolymitano Nicolai de Marthono notarii Calenensis oppidi in regno Neapolitano an. 1394. ubi hæc leguntur: *Alias ipsa civitas annis centum elapsis fuit alibi posita, & constructa ubi dicitur Constanza, longe à Famagosta milliaria quatuor ... & erat longe à mare per 2. mill. & non habebat portum, & postquam fuit perdita terra Acri, quæ fuit ultima terra Soriæ amissa per Christianos, omnes illi de Acri, qui evaserunt, fugerunt ad insulam Cypri, & tunc translata fuit ipsa civitas antiqua Constanza in loco, ubi est nunc Famagosta: & propterea est una consuetudo, quod omnes mulieres tam dictæ terræ Famagostæ, quam aliarum terrarum dictæ insulæ portant mantellos nigros super caput, ita quod nullo modo potest videri facies earum. Et hæc consuetudo observata fuit ex dolore propter perditionem terræ Acri, & major pars ipsius terræ Famagostæ facta fuit de dicta gente terræ Acri. Die 5. Decembris accessi ad antiquam Constanzam, quæ fuit magna, nunc autem funditus diruta, & accessi ad locum ubi apparet fuisse castrum, quod videtur fuisse satis magnum.* Porro hoc fragmentum ideo huc induxi quod iter illud Jerosolymitanum in Bibliothecæ Regiæ MS. codice reperiatur.

b *Cythera Cypri* oppidi meminit interpres Hesiodi, *Citara* dicitur in Peutingeriana tabula, nunc vero *Conoucha* vicus si Lusignano fides sit.

c Peutingerianæ tabul. *Cerinia*, Scylaci Κερύνεια & Κυρηνία, Ptolemæo Κερωνία, nunc *Cerines* appellatur.

d *Zapheto* Peutingerianæ tabulæ, *Lapethus* Plinio, Stephano, Ptolemæo, & aliis.

e Hodie vicus dictus *Lescare*, ut quidem Lusignan. existimat.

f *Paphos*, *Palepaphos* & *Amathus* celeberrimæ urbes sunt.

unus, qui dicitur [a] Basileus, qui ingreditur in mari magno à parte quasi Syriæ. Alius vero fluvius dicitur [b] Lycus, qui ingreditur in mari magno. [c] A parte Syriæ est quasi juxta suprascriptam Cyprum insula quæ dicitur [d] Stira, insula [e] Arados. Sunt etenim in ipsa regione maris, id est ex latere prædictæ Cypri, insulæ quæ dicuntur Chelidoniæ. Iterum quæ dicitur Rhodos.

XXI. Iterum per diversum mare magnum, plurimæ ponuntur insulæ, id est [f] Serusa, [g] Caramen, [h] Nidus, Coos,

[a] *Basilopotami* fluminis, seu torrentis prope *Marium* oppidum meminit Steph. Lusign. cap. 7. Quod nomen sortitum afferit, ex eo quod in monasterio ab hoc flumine irrigato Helena Augusta Constantini magni mater aliquantas moras egit, in reditu suo à Jerosolymis.

[b] Nomen idem retinet hactenus.

[c] Ambiguum omnino videtur, utrum verba illa *à parte Syriæ*, intelligi debeant de Lyco flumine, an vero ad *Stiram* insulam pertineant. De utroque forsan hæc dicere verum fuerit.

[d] *Stiria* Plinio.

[e] Insula maris Phœnicii, ut scribit Plinius lib. 5. cap. 30.

[f] Nescitur à ceteris; Κερασοῦς enim, cujus Apollonius meminit lib. 4 alia fuit ab illa, ut mihi videtur.

[g] Hujus insulæ ne vestistigium quidem apud Veteres potui observare.

[h] *Gnidus* forte aut *Gnidos*, ut habet Plinius, est quidem Cariæ oppidum, sed in peninsula. Κνίδος à Strabone & aliis Græcis scriptoribus fere omnibus scribitur. *Cnidum* item insulis accenset & barbarus ille excerptor rerum chronologicarum, à Scaligero vulgatus ad calcem chronici Marcellini Comitis in secunda editione Thesauri temporum Eusebii.

Samos, [a] Monisia, [b] Thasos, [c] Carphatos, [d] Micavelos, [e] Syron, [f] Porsium, Lesbos qui & Metilini, [g] Lembui, Thons, Reise, [h] Cirros, [i] Curse, Delos, Limnos, [k] Leuce, [l] Camnos, Canos, [m] Dionyssa, [n] Sime, [o] Napatos, [p] Za-

[a] Aut nullatenus, aut alio nomine ceteris cognita.

[b] *Thassos* Plinio, Stephano, &c. Θάσος Straboni. Sed cum à *Carpatho* multum sit remota, num *Casos* legi debet? *Casus* enim *Carpatho* vicina est, ex Plinio & Ptolemæo.

[c] Proprio loco mota est aspiratio, *Carpathos* enim à ceteris legitur.

[d] Hoc saltem nomine nondum cognita, nisi forsan *Mycale*, de qua Plin. & Peut.

[e] Σκῦρος Ptolemæi, aut certe, id quod verius crediderim, Σύρος Strabonis & Stephani.

[f] Tot sunt in Archipelago insulæ, ut non mirum sit si de hac nihil dicere valeam, maxime cum veteres scriptores illam omnino prætermittant.

[g] *Lembui*, & quæ eam sequuntur duæ, nullibi comparent.

[h] *Cyssiros* forte Plinii lib. 4. cap. 12.

[i] Forsan Stephani Κόρσεαι νῆσος τῆς Ιωνίας, ἀντικρὺ Σάμου. *Corseas* etiam Plinio.

[k] Hujus nominis insulæ duæ sunt Plinio lib. 4. sect. 20. contra Cydoniam una, altera contra Itanum, nunc *Capo Xacro* orientale Cretæ promontorium.

[l] *Camnos* & *Canos* insulæ sunt nulli hactenus memoratæ.

[m] *Naxos* ex Cycladibus una, *Dionysias* quondam, Plinio teste, dicta fuit: *Dionysiades* præterea insulas duas circa Cretam memorat Diodor. Siculus lib. 5.

[n] *Media inter Rhodum Gnidumque Syme*, ut Plinius loquitur lib. 5. sect. 36. Straboni præterea, Stephano aliisque nota.

[o] De hac altissimum apud veteres silentium.

[p] *Zephyre* Melæ & Plinio; huic etiam, Sammonio Cretæ promontorio opposita, dicitur.

phire, [a] Sericus, Andros, [b] Lepinthos, [c] Carenus, Cerus, [d] Leuſe, Gaunon, Caſtos, Cretam, in qua plurimas civitates fuiſſe legimus ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [e] Dicta, [f] Ierapina, [g] Blentia, [h] Liberithon, [i] Arpade, [k] Licium, [l] Cherſoneſſos, Gnoſos, [m] Cadiſtum, [n] Eraclium, [o] Corti-

[a] Suſpecta admodum vox cui libenter ſufficerem *Seriphus*, de qua inſula Plinius lib. 4. ſect. 22. Strabo lib. 10. & alii.

[b] *Lebinthos* Plinio lib. 4. ſect. 23. & Straboni lib. 10. nunc *Levita*.

[c] *Carenus*, *Cerus*, *Gaunon* & *Caſtos* à ceteris prætermittuntur, ſi vitium deſit in codice.

[d] Hæc mihi videtur una ex duabus, quas *Leuce* Plinius nominat.

[e] In Creta mons eſt *Dicta*, & oppidum *Dictamum*; hoc, in parte occidentali; ille vero in orientali. De monte *Dicta* agi exiſtimo: ab orientali enim parte deſcriptionem videtur ordiri.

[f] Peutingerianæ tabulæ *Hiera* abſolute, *Hyerapitna* Plinio lib. 4. ſect. 20. & Stephano, Ἱεράπυτνα Dioni. Ptolemæo Ἱερὰ πέτρα; quod nomen ſervat etiamnum in voce *Giera petra*.

[g] *Blenna* Peuting. tabulæ; ceteris locus incognitus.

[h] Lege *Labyrinthon*.

[i] *Arcade* Peutingerianæ tabulæ, Ἀρκάδης Polybio lib. 4. & Stephano.

[k] Sic legitur & in Peutingeriana tabula, Λύκτος autem & Straboni, ut quidem ſuſpicor, & Scylaci, *Lyctus* etiam Plinio.

[l] Duplex *ſ*, quæ hic occurrit, rectius occurreret in ſequenti dictione. Verum hunc legendi modum ferebat illa ætas, ut ex Peutingeriana tabula manifeſtum fit.

[m] *Cadiſtus* mons Cretæ Plinio & Solino memoratur.

[n] Straboni lib. 10. Gnoſſiorum navale Ἡράκλειον, *Heraclea* Plinio lib. 4. ſect. 20.

[o] Ceteris *Cortyna*, una excepta Peut. tabula, ubi *Cortina* quoque ſcribitur.

na, [a] Sybrita, [b] Eleterna, Lappa, [c] Abtera, [d] Cydonea, Cisamos, [e] Cantano, [f] Lison, [g] Ledonia, [h] Libena, [i] Tissia, [k] Inita, [l] Dictunis. Iterum est insula non longè à terra Europæ, quæ dicitur [m] Egena, [n] Zephyra minos, Alisos, Epira, [o] Cibera, Alesos, Olfaris, [p] Diabate, [q] Cucira.

[a] Σούβειτα Ptolemæo.

[b] *Eleutherna* urbs mediterranea Plinio, loco jam citato, & Scylaci, Ελωθέρνα Stephano, *Eleuterna* Peut. tabulæ.

[c] *Apteron* Plinio, Ἄπτερα Stephano, Suidæ & Pausaniæ.

[d] Plinio & Melæ *Cydon*, Κυδωνία Straboni, Κυδωνίς Ptolemæo, hodie *la Canée*.

[e] Καίπωνος Stephano. Ejus etiam meminit Peuting. tabula, sed nemo præterea, quod sciam.

[f] Ita & Peutinger. tabula, Λισσός vero, aut Λισσὸς Ptolemæus.

[g] A ceteris hæc non memoratur.

[h] *Lebena* Plinio, Λεβῆνα Ptolemæo & Straboni.

[i] Peutinger. tabulæ *Lisia*, XVI. mill. à *Cortina*. Quis legendi modus retinendus sit, nullus indicat.

[k] Ἴνατος Ptolemæo. *Inata* Peutinger. tab. XXIV. mill. à *Cortina*.

[l] Cum Ptolemæi *Inatus* non procul sit à *Dicta* monte, & ab eodem loco cœperit nostra descriptio, *Dictunis* & *Dicta* diversa non significare mea opinio est.

[m] Ceteris incognita.

[n] Etsi *Minoa* insula sit Thucididi lib. 3. & 4. in Saronico sinu, quæ proinde hic memorari potuisset; cum tamen *Zephyra* aut *Zephyre* alia supra occurrerit, hic pro verbo *minos* legendum minor censeo. Hujus tamen *Zephyra* nullus meminit, *Alisos* etiam & *Epira* nemini prius cognitæ fuerunt.

[o] Num potius Cithera? Ciberam enim quis novit? Cui etiam non antea inaudita *Alesos* & *Olfaris*? sed forsan legi debet *Olearis*, seu *Oliaris*.

[p] Διαβατή Ptolemæo circa Sardiniam est. Stephanus scribit Διαβῆται.

[q] Forsan *Curcyra*, seu *Corcyra*, *Corfou*. Verum de hac infra agitur.

XXII. Eſt Cherſoniſſus, id eſt à tribus partibus maris circulata, & tantum unum anguſtum habens terrenum introitum, quod dicitur Peloponeſſum & Achaïa. In qua Cherſoniſſo plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas plurimas circa litora deſignantes maris, jam plura nominavimus. Sed tamen quia multi philoſophi ipſam Cherſoneſſum inter inſulas adſcripſerunt, neceſſitatem habemus & nos eam inter inſulas adſcribere & civitates ejus liquidius deſignare: id eſt [a] Stomis, Corinthon, Cencris, Epitauron, Maleon, Boas, Aſopon, Cytion, Acardiam, Lacedemoniam, Meſene, Methona, Pylos, Cippariſſa, Samachon, Olympiada, Etide, Cylene, Dymis, Patras, Ægion, Ægira, Sicyone, Lechæ. Item aliam partem, ſunt in ipſa Cherſoniſſo civitates, id eſt Micenis, Argos, [b] Melena, Megalopolis, Tegeas, Micena, quæ confinatur cum territorio ſupraſcriptæ

[a] Verbo hoc intellige non urbem aliquam, ut quidem mihi videtur, ſed Peloponeſiacum Iſthmum, ſive Corinthiacum. Quæ vero ſequuntur oppida ſatis per ſe nota ſunt, ut plurimum quidem; ideoque pauca attingam licet eorum nomina cum alterationibus hic appareant, quas illa ætas ferebat.

[b] Μέλαιναι Arcadiæ oppidum eſt Stephano, Pauſaniæ Μελεναὶ, Melænæ Plinio lib. 4. ſect. 10. dictum.

civitatis Corinthion. Per quam Chersonissum transeunt diversa flumina. Inter cetera quæ dicuntur [a] Putis, [b] Lentis, [c] Alfos, [d] Eurotis, [e] Melas, [f] Iaon. Iterum est insula quæ dicitur [g] Iacinthus, Itachim, [h] Alimani, [i] Leucada, Cephalonia, [k] Astin, [l] Paxon, [m] Saxona, [n] Cassiape.

XXIII. Ad pelagum Thyrrenicum magnum in mari Gallico, non longe ab Italia, est insula quæ dicitur Sicilia: In qua plurimas fuisse civitates legimus, ex quibus aliquantas designare volumus: id

[a] Aut certe *Pictiu*, ambiguum enim est in codice, & de hoc amne nihil apud ceteros reperio.

[b] Hic etiam ceteris aut incognitus est, aut aliter nominatur.

[c] *Alpheum* intellige.

[d] *Eurotas* ceteris.

[e] Olenum Achaïæ urbem rigabat ex Strabone; Arcadiæ fluvius est Dionysio, Callimacho, &c.

[f] Arcadiæ etiam fluvius eisdem Dionysio & Callimacho.

[g] *Zacynthum*, *Zante* & *Ithacham*, *S. Maure*, his nominibus nemo non intelliget.

[h] Ceteris incognita.

[i] Inter peninsulas hanc recenset Plinius lib. 4. sect. 2. Insulis accenset lib. 2. sect. 92. Ex peninsula evasisse insulam opere Corinthiorum, qui eam incolebant, scribit Strabo lib. 1. nunc *Leucada*.

[k] De hac nihil apud ceteros.

[l] Hodie etiam *Paxo* nuncupatur.

[m] Forsan *Paxona*, nam *Paxoe* duæ sunt Plinio lib. 4. sect. 19.

[n] Fuit olim *Cassiope* oppidum in Corcyra insula, unde forsan natum ei hoc nomen, quod etiam ab Æthico ipsi inditum nonnullis videtur: *Calliopam* tamen insulam Peutingeriana tabula exhibet inter *Paxon* & *Leucadiam*.

eſt Syracuſa, Catena, Tauromoeni, Meſſiana, [a] Dianæ, Tindareon, [b] Agathinon, [c] Calao, [d] Aleſa, [e] Capaiodo, [f] Termis, [g] Solantum, Panurmon, Segeſta, Drepanis, Lilibæon, [h] Labodes, [i] Selinis, [k] Tonocum, Portum Pitharon, Caſſaria, [l] Ina. Iterum juxta ſupraſcriptam civitatem Panurmon, eſt civitas,

a Id eſt *Dianæ Facelinæ templum*. Vide Cluverium, ſi lubet, Siciliæ antiquæ lib. 2. cap. 5.

b *Agathyrnum* Plinio, Ptolemæo, Straboni, &c. *Agatinno* Peuting. tabulæ.

c Locum non credo à *Calactâ* veterum diverſum; utrum tamen mendum ſit in codice, an vero uſus tempore noſtri Anonymi receptus, nomen hoc tulerit, definire non auſim.

d Ita Antoninus poſt Diodorum; aſpiratio additur apud Ciceronem & in Peut. tabula. Αλαισα Ptolemæo, Straboni, &c.

e In *Capaiodo* mendum certum ineſt, aut mira variatio; Peutinger. enim tabula legit *Cephalœdo*, Antoninus *Cefalodo*, Plinius *Cephaloedis*, Strabo Κεφαλοίδιον. *Cifalu*.

f Scilicet *Himerenſibus*, de quibus fuſe admodum Cluverius lib. 2. c. 3.

g Hodie *Solanto*, cui propius accedit quam *Seluntum* Antonini, quam etiam aliorum aliquot *Solentum*.

h *Aquas Labodes* Peuting. tabulæ, Antonino *Aquas Larodes*.

i *Selinus* rectius ſcriberetur; rectius item occurreret ante *Aquas Labodes*.

k *Tonocum, Portum Pitharum* & *Caſſaria* incognitis hactenus urbibus accenſenda ſunt.

l Hujus urbis ſolus meminit Ptolemæus. Stephani Ιχανα diverſa videtur, quicquid in contrarium Cluverius dicat, aut ſi una eademque ſit urbs, abſque divinatione id aſſequi minime poſſumus. Nec etiam Cluverio aſſentimur credenti apud Ptolemæum vitiato legi vocabulo Ινα.

quæ vocatur [a] Niſura, Cytacia, Papiron, Perſtus, [b] Motuo, Acris, [c] Mutaca, [d] Egeſtia, Caripa, [e] Hyle, [f] Calviſiana, [g] Agrietum. Iterum ex alia parte juxta ſupraſcriptam civitatem Panurmum eſt civitas quæ dicitur [h] Erbita, [i] Maliſtrata, Prachara, Agurion, [k] Moſtraton, [l] Enna. Per quam Siciliam plurima tranſeunt flumina, id eſt [m] Caſſum, Catimon, Sontas, [n] Anapoſalios,

[a] *Niſura*. *Cytacia*, *Papiron* & *Perſtus* incognitarum prius urbium numerum augebunt.

[b] Μότυον φρούριον Agrigentinorum memorat Diodorus lib. XI. ſed nullus eum eo alius.

[c] Lege *Mutuca*, aut *Mutyca*, Ptolemæo Μότυκα, dicitur *Modica* nunc.

[d] *Egeſtiam* & *Caripam* ex aliis ſcriptoribus nemo novit.

[e] Veterum *Hybla* eſt, quæ *Hible* jam dicebatur Itinerarii ſcriptoris ætate, ut ex pluribus codicibus MSS. evidens eſt, poſtea vero *Hyle* etiam nuncupata fuit.

[f] *Comiſo* nunc, ut Cluverius opinatur.

[g] *Agrigentum* intellige, cujus nomen Librarii forte oſcitantia vitiatum fuerit.

[h] Fere numquam occurrit apud veteres abſque aſpiratione.

[i] *Maliſtrata* & *Prachara* apud veteres auctores ſilentur.

[k] Μύστρατον Diodoro Siculo in Eclog. pag. 876. Μυτίστρατον Polybio lib. I. Hinc dicti *Mutuſtratini* apud Plinium lib. 3. ſect. 14. nunc *Miſtretta*.

[l] Hodie *Caſtro Janni* dicta.

[m] Fluvius hic ceterique omnes, exceptis *Anapo*, *Aſinio*, *Arethuſa* & *Himera* ab antiquis, nominibus prorſus diverſis donantur.

[n] Ex duabus conflatam hanc dictionem exiſtimo, ſcilicet ex *Anapo*: & *Alios* aut *Salios*: *Anapus* fluvius eſt non incelebris apud antiquos, *Alfeo* nunc vocatus; *Alios* autem, aut *Salios* omnino inauditus in rebus Siculis.

Onganum, Giprum, Lilie, Stina, Litessa, [a] Asignus, Ascada, Ennulus, Lirias, Selbiscor, [b] Arethusa, Alchiona, Maus, Solia, Assosina, [c] Imera, Sisma. Iterum non longè ab ipsa Sicilia, sunt insulæ quæ dicuntur [d] Erculis, [e] Luparis, [f] Stroile, [g] Pagnarea, Wlcana, Didymi, [h] Enicodes, [i] Basilidin, [k] Erigodes, [l] Ostodos, [m] Gilia, [n] Turribus, Sibrorum, [o] Cuniculari, Ficaria, Cossura, [p] Cabios, Coene, Melete. Iterum ad aliam partem, est insula quæ dicitur

[a] Vibio Sequestri *Asinius*, Plinio *Asines*: non procul à Tauromenio in mare influit.

[b] Hoc fonte celebrior apud antiquos nullus fuit.

[c] *Himera* duplex occurrit in Siciliæ descriptione per Ptolemæum: de quonam hic agatur incertum.

[d] Ita & Peutinger. tabula, addita tantummodo aspiratione; Itinerarium vero maritimum *Heracleotes* scribit.

[e] Ceteris *Liparis*, aut *Lipara*.

[f] *Strongyle* à ceteris vocatur. Nunc *Stromlibo*.

[g] Nemini memorata.

[h] *Phœnicodes* scribunt ceteri, aut certe *Phœnicussa*, hodie *Felicur*.

[i] *Basilidin* omnes omittunt.

[k] Rectius *Ericodes*.

[l] Peutinger. tab. *Ostodis*; *Osteades* Ptolem.

[m] Αἰγυλία Stephano insula est inter Cretam & Peloponesum, Peuting. tabula *Egiltam* exhibet prope *Ostodem*.

[n] *Turribus* & *Sibrorum* ex nullo alio auctore noscuntur. Verum scopulis forsan propiores sunt, quam insulis, ut de *Cuniculariis* asseritur.

[o] *Cunicularia* Plinio lib. 3. sect. 13. ex his insulis sunt, quæ angustias inter Sardiniam & Corsicam arctant. *Cunicularia* insula opponitur Cereali oppido Sardiniæ in Peuting. tabula.

[p] A ceteris tacentur *Cabios* & *Coene*.

Lampadusa, [a] Gaulos, [b] Patalosca, Gaulometin.

XXIV. Nam in colfo occidentali, in ipso mari magno, litore Dalmatiæ, seu Liburniæ atque Istriæ sunt insulæ: inter cetera quæ dicuntur, id est [c] Corcyra, [d] Isia, [e] Sacra, [f] Brazia, [g] Faria, [h] Solenta, [i] Didria, Sera, Biperaria, Celentum, Figlina, Rubricatas, Artion, Dicera, Nisiris, Sarona, Malata, [k] Cissa, [l] Egodes, Distrete, [m] Curricos, [n] Absarus, [o] Primodia, Moa, Erafronia,

a Hodie *Gozo* Italis, à Melita quinque dumtaxat passuum millibus disparata.

b *Patalescam* & *Gaulometin* apud ceteros frustra quæsieris.

c Μέλαινα, seu *Nigra* ad alterius distinctionem dicta. Hæc autem in Adriatico mari, illa vero in Ionio posita est. Hodie *Curzola*.

d *Issa* Plinio, Melæ, Stephano, Polybio, Antonino, &c.

e *Sacra* nomen non occurrit apud Veteres scriptores.

f *Brattia* Plinio, Antonino & Peutinger. tabulæ.

g *Pharia* Plinio, Straboni Φάρος. *Faria* quoque Peutinger. tabulæ.

h Peutinger. tabulæ *Solentii insula*: *Solenitia* codicibus nonnullis Itinerarii maritimi Antonini, nam alii legunt *Solemna*, *Solenia* & *Bolenia*.

i *Didria*, *Sera* & ceteræ usque ad *Cissam* non reperiuntur apud auctores. Nisi Malata sit Μελετὰ de qua Constant. Porphyrogen. de Administr. Imp. cap. 29.

k Plinio: juxta Istrorum agrum *Cissa*.

l *Egodes* & *Distrete* ex ceteris non cognoscuntur.

m Peutinger. tabulæ *Curica*. Κουρικτὰ Ptolemæo. *Curictarum* Plinius meminit lib. 3. sect. 25.

n *Apsoros* Antonino, Ptolemæo Ἄψορος.

o *Primodia*, *Moa*, *Erafronia*, voces sunt prorsus incognitæ.

nia, [a] Pullaria, Ursaria, Ceruaria. Sed aliæ [b] plurimæ insulæ in ipsa regione ponuntur, sed modicæ, & ideo eas taciturnitati commendamus.

XXV. In patria vero Venetiæ sunt aliquantæ insulæ, quæ hominibus habitantur; sed & litus finibus Apuliæ, est insula quæ dicitur Amonte, vel [c] Tremetis. In colfo autem Gallico diversæ ponuntur insulæ, ex quibus aliquantas designare volumus, id est [d] Erculis portum, [e] Boaris, [f] Bolenia, [g] Egimoron, [h] Galata, [i] Cercina, [k] Crocia, Enavia, [l] Pon-

[a] *Pullariam* Plinius memorat, nemo *Ursariam*, aut *Cervariam*.

[b] Mille amplius insulis frequentari oram Illyrici scribit Plinius lib. 3. sect. 29.

[c] Nunc etiam *Tremiti*, maxima & præcipua inter Diomedis insulas.

[d] *Herculis insulam* vocant Ptolemæus & Peuting. tabula. Sardiniæ proxima est.

[e] A sola Peutinger. tabula memoratur.

[f] Peutinger. tabulæ *Bovenna*.

[g] *Ægimurus* ex Ptolemæo & Plinio ad Africum mare pertinet.

[h] *Galata* Antonino ex his insulis est, quæ inter Sardiniam & Africam occurrunt, Καλάθη vocatur à Ptolemæo, nec procul ab *Ægymuro* ponitur.

[i] Item Africani maris insula Ptolemæo & Antonino. Mela *Cercinnam* scribit, Hirtius quoque. *Celsinam* insulam præterea inter Italiam & Siciliam habet Antoninus.

[k] *Crocia* & *Enavia* nullibi comparent.

[l] In *Pontias* Volscorum prius insulam Colonia deducta fuit, L. Papyrio Cursore V. & C. Junio Cubulce II. Coss. teste Livio lib. 9.

tias, [a] Iobus, [b] Planiſia, [c] Illuda, [d] Capraria.

XXVI. Iterum eſt inſula quæ dicitur Sardinia, in qua plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt Caralis, [e] Angenior, Sulci, [f] Sarciparias, Neapolis, [g] Othoca, [h] Tarri, [i] Boſa, [k] Annuagras, Comi, [l] Turris Libriſonis, [m] Colonia Julia, [n] Adſelona, Sarcerci, Vivio. Item juxta ſupraſcriptam civitatem Caralis, eſt civitas quæ dicitur Nora præſidium, Aquæ calidæ Neapolitanorum, [o] Eteri præſidium, [p] Caſtra felicia. Iterum ex

[a] Hanc ceteri non memorant.

[b] *Planaſia*, aut *Planaria* ceteris, nunc *Pianoſa*.

[c] *Ilua* Plinio, Melæ, Ptolemæo &c. nunc *Elba*.

[d] Hodie *Caprara* & *Capraia*.

[e] Urbs hactenus incognita.

[f] Nulli veterum locus memoratus.

[g] Ita Antonini Itinerarium, ſed poſitum pro Oſæa exiſtimat Cluverius, ſuſpicaturque cum Simlero vitiatum nomen exhiberi in *Othoca*. Verum cum hoc nomen noſter Anonymus etiam retineat: ſi vitium ineſt, uſûs potius quam Librariorum dici debet.

[h] Τάῤῥαι πόλις Ptolemæo: *Tharros* Antonino.

[i] Idem nomen etiamnum ſervat.

[k] *Annuagras* & *Comi* ex hactenus incognitis ſunt.

[l] Plinio *Turris Libyſonis*; Ptolemæo autem Πύργος Βισσώνος, nunc *Porto di Torre*.

[m] Ptolemæi *Juliolam* eſſe exiſtimo.

[n] *Adſelona*, *Sarcerci* & *Vivio* hactenus incognitæ permanſerant.

[o] Locus iis connumerandus, qui à nullo ſcriptore memorantur.

[p] Nomen hoc, ut quidem ſuſpicor mendi poſtulabit nemo, nemo tamen illius mentionem alicubi reperiet.

alio latere juxta ſupraſcriptam civitatem Caralis, eſt civitas quæ dicitur [a] Aſſinarium, Saria, Sariapis, Sarpach, Carcanica, Cuſtodia Rubrienſis, Pireſſe, Patropaniæ, Ignovi. Tranſeunt autem per ipſam Sardiniam diverſa flumina, inter cetera quæ dicuntur, id eſt [b] Bortani, Maco, Sulcis, Ortaronis.

XXVII. Iterum eſt inſula quæ dicitur Corſica, in qua plurimas fuiſſe civitates legimus, ex quibus aliquantas deſignare volumus, id eſt [c] Martinianis, [d] Colonia Julii, Turrianum, [e] Cœnicum, [f] Agration. Iterum juxta litora Italiæ ſunt modicæ inſulæ Gallicum, id eſt [g] Gorgona, Capraria. Iterum litus

[a] Locus hic, cum ceteris omnibus uſque ad finem deſcriptionis Sardiniæ, ex nullo antiquo ſcriptore cognitus erat antea, niſi *Sariapis*, Σαϱάλαπις ſit, de quo Ptolemæus.

[b] Anonymo noſtro propria ſunt omnino fluviorum hæc nomina.

[c] Ceteris *Mariana*, Plinio ſcilicet, Melæ & Ptolemæo: Hic iterum *Marianum* urbem & promontorium exhibet in Corſica; Verum ex ſitu quem Peutinger. tabula *Marianis* aſſignat, dubium nullum remanet, quin de *Mariana* hic agatur. Unam etenim eamdemque urbem à noſtro Anonymo & à Peutinger. tabula memoratam fuiſſe quis negare valeat?

[d] *Colonia Julii* & *Turrianum* à nemine memorantur.

[e] Nec *Cœnicum* etiam ex ceteris ſcriptoribus notum dicemus, niſi ſit Ptolemæi Κένιϛον.

[f] Num potius *Adiacium* Corſicæ urbs epiſcopalis Gregorio magno lib. 9. epiſt. 74.

[g] *Urgo* Melæ, Plinio, &c. *Gorgon* Rutilio in itinerario. Nunc *Gorgona*.

maris provinciæ Septimaniæ ſunt inſulæ, ex quibus aliquantas nominare volumus, id eſt [a] Steronſdeca, Terlenia, Veneris. Item in ipſo mare Gallico Valeriaco, litus Spaniæ, ſunt aliquantæ inſulæ, ex quibus nominare volumus, id eſt [b] Sunneſia, Valearis major, [c] Laibiſſa, Maco, Valearis minor, [d] Ofiuſa, [e] Actimo, [f] Ebuſa, [g] Gabis.

XXVIII. Terminantes denique Aſiam, Africam, ſeu Europam, ad ſupremum ut dicamus, completur univerſus mundus. A parte primæ orientis Indiæ Dimiricæ Evilat, habens mundus finem Deo noſtro tantum modo cognitum: quia, ut diximus, nulli hominum permiſſum eſt in fine ejuſdem primæ orientis Indiæ Dimiricæ reperiri. Dextræ vero partis prædictæ Indiæ Dimiricæ Evilat, invenitur oceanus, qui tangit Indiæ tertiam majorem, quam diximus Thermanticam. Siniſtræ autem partis præfa-

a Ex his nulla apud auctores memoratur.

b *Sunneſiam* inſulam quis alius nominat?

c *Laibiſſa* & *Maco* apud cæteros non reperiuntur. Illius maris inſula *Albuſam* nunc dicta ad Labaiſſam aliquantum ſono accedit.

d *Ophiuſa* ſcribi debet.

e Nomen hactenus non cognitum.

f Hodie *Yvica*.

g De *Gabi* inſula mentio nullibi. Num *Gades* erit? Verum in Oceano, & non in Balearico mari ſitum habet.

tæ Indiæ Dimiricæ, reperitur oceanus Sericus Indiæ Bactrianæ. Ad orientis plagam propter ulvam inhabitabilis esse ascribitur. Ad partem vero meridianam, habet totus mundus finem oceanum, qui venit de prædicta India Termantica [a] Elamonte. Quare oceanus tangit Persas, Arabas, Ægyptum inferiorem, Æthiopas Auxumitanos, Æthiopas Candacissos, Æthiopas Troglodytorum, Æthiopas Garamantium, Æthiopas Biblobatis, deinde Mauros-Peras [b] Salinarum. Iterum Mauros Egel, usque quod superius nominavimus fretum, quod dicitur Septem-Gaditanum. A parte vero septentrionale, habet totus mundus finem prædictum oceanum, qui venit de India Serica Bactriana & portas Caspias. Qui oceanus tangit Scythiam eremosam; iterum Amazones, ubi eas, postquam egressæ sunt de montibus Caucasis, fuisse legimus. Postmodum tangit ipse oceanus Roxolanos, necnon Sarmatas, item Scythas, postmodum [c] Rerefenos, & Side-

[a] *Elamite* superius.

[b] Scilicet incolæ *Mauritaniæ Perosis*, de qua superius actum est lib. 1. §. 3. pag. 7. Item lib. 3. §. 9. pag. 126.

[c] Hi Scandinaviæ populi, plùs quam semel jam nobis occurrerunt, nonnullisque observationibus ansam præbuere: dictis nunc addam Scridfenos (sic enim legi jubet Grotius) eosdem forsan esse qui Jordani cap. 3. *Crefennæ* vocantur.

fennos, verum etiam Germani, ubi egit habitare Danos, necnon Saxos, etiam [a] Frixos. Ad partem autem occidentalem, habens totus mundus finem oceanum, qui tangit Galliam Belgicam Germaniam, quam modo, ut diximus, Francorum poſſidet generatio. Item Britannia, vel patria quæ dicitur Nuſtricus. Sed [b] non de inſula Britannia, quæ de infra oceano exiſtit dicimus: ſed hæc Britannia intra Europam eſſe dignoſcitur. Poſtmodum tangit ipſe oceanus Guaſconiam, quæ Aquitania dicitur, & nunc Spano-Guaſconia. Verumtamen etiam totam illam Spaniam, uſque, ut diximus, fretum Septe-Gaditanum. Qui ſupraſcriptus oceanus, vel ſi non permittitur juſſu factoris navigari, attamen ipſe gyrat totum mundum, ſicut alii dixerunt philoſophi. Nam, ut alii affati ſunt, quod & credendum eſt, quia poſt Indiam Dimiricam Evilat, id eſt in primo oriente nullo modo ipſe oceanus ab hominibus inveniatur: Quia, ut dictum eſt, creatori omnium tantummodo cognitum eſt.

[a] Eoſdem hic intellige, quos ſuperius *Frigones* vocabat, quique *Friſones* nobis ſunt.

[b] Codex habet dictionem *nos*, verum cum particula *non*, magis accuratum ſenſum exhibeat, alteri eam ſubſtitui.

Nam præfatum mundum & ipsum oceanum circumseptum decreverunt.

XXIX. Nos ante diximus finem totius orbis terræ, exceptis multis quæ ponuntur per diversas partes in oceano dilatissimo, ex quibus aliquantas oceani insulas jam supra nominavimus; sed eas reiterantes & reliquas, quas legimus, Christo Domino adjuvante, ut dictum est, designare cupimus. In oceano verò Indiæ Termanticæ Elamitæ est, id est insula hac extrema parte meridiana, sunt diversæ insulæ, ex quibus aliquantas designare volumus, id est [a] Ypode, Jamnesia, [b] Silefentia, Theron, [c] Argire, [d] Auron, [e] Colera, [f] Agatho Di-

[a] De insulis illis hæc Jordanis cap I. De rebus Geticis. *In orientali plaga, & Indico oceano Hippodes, Jamnesia, sole perusta quamvis inhabitabiles, tamen omnino sui spatio in longum latumque extensa*, &c.

[b] Jordani, loco mox dicto, *Silestantina* & *Etheron* Taprobanæ insulæ urbes sunt, non insulæ ab illa diversæ.

[c] Et hæc etiam Ptolemæo & Stephano urbs est metropolis Taprobanæ.

[d] Scriptores plures sunt, qui insulam Eoi oceani memorant, cui Χρύση nomen. An de eadem omnes egerint incertum. Hic certe Anonymus noster distinguit *Auron* insulam ab *Aurosa*, quam & Χρύσην vocat inferius.

[e] De hac nihil prorsus apud ceteros.

[f] Ἀγαθοῦ δαίμονος νῆσος ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ Stephano, id est, *Boni dæmonis insula est in mari Indico.* Ptolemæus illius etiam meminit, & ab ejus interpretibus *Bona fortuna* insula dicitur.

mon, [a] Sinda major, [b] Opta. Item [c] Afrondiſcolias. Item in extrema parte meridiana, eſt inſula quæ dicitur Taprobrane valde ſplendidiſſima, in qua decem civitates fuiſſe nominatiſſimas legimus, ut teſtatur mihi [d] Paulus Oroſius ſapientiſſimus Orientis perſcrutator. Item eſt inſula, quæ dicitur [e] Chryſi, id eſt Auraiſa. [f] Iterum Ingers, Apardamus, Politraſolis, Capiaria, Axera, Spilas, Perphelum, Galliac. In oceano autem Serico Indiæ Bactrianæ vel Caſpium, id eſt ſummæ ac extremæ partis ſeptentrionalis, ſunt inſulæ Scythiæ, majores, minores numero quindecim, quarum nomina multis modis legimus, dum peccatis emergentibus à barbaris & ſine lege nationibus, ipſa dominatur patria, & varia vocabula eaſdem inſulas appellant, & ideo earum nomina reliquimus deſignare.

[a] Ptolemæo Εἰσὶ νῆσοι τρεῖς Ἀνθρωποφάγων, quæ Latinis codicibus *Sindæ* vocantur, Σίνδαι MSS. codicibus olim Palatinis, quos Bertius memorat. Has G. Mercator *Celebes*, *Gilolo* & *Ambon* interpretatur.

[b] A ceteris prætermittitur.

[c] Nihil tale apud alios reperio. Duplex hic forſan recenſetur.

[d] Lib. 1. cap. 2.

[e] Illius meminere Dionyſ. Alexandr. Stephanus, aliique.

[f] Incognitæ quibuſcumque ſunt *Ingers*, *Apardamus*, & quæ deinceps ſequuntur.

XXX. In ipſo antem oceano ſeptentrionali, poſt Roxolanorum patriam, eſt inſula quæ dicitur [a] Scanza, quæ & antiqua Scythia à plurimis coſmographis appellatur. Quomodo autem & qualiter ipſas ponunt inſulas Canz, Chriſto nobis auxiliante, volumus enarrare. Sed ſupraſcriptus Jordanis ſagaciſſimus coſmographus liquidius de eadem expoſuit inſula. Iterum in ipſo oceano ſeptentrionali ſunt inſulæ, ſed poſt Saxonum patriam, ſunt in ipſo oceano ſeptentrionali aliquantæ inſulæ, ex quibus una dicitur [b] Nordoſtracha, & alia Euſtrachia. Iterum eſt inſula, quæ dicitur [c] Evania. Iterum ſunt in ipſo oceano quæ dicuntur [d] Vectis, Malaca, Inſenos, Tamatide.

XXXI. In oceano vero occidentale, eſt inſula quæ dicitur Britannia, ubi

[a] Plinio lib. 4. ſect. 27. Scandinavia, quam & ipſe inſulam eſſe cum aliis exiſtimavit.

[b] Eaſdem inſulas eſſe ſuſpicor, quæ Plinio lib. 4. ſect. 27. *Auſtrania* & *Actania* dicuntur. Nec enim plurimum nomine differunt, ſi attente id expendatur.

[c] Jordani cap. 1. *Mevania*, ni fallor. *Mevanias Britonum inſulas, quæ inter Hyberniam & Britanniam ſitæ ſunt*, memorat Beda Vener. Hiſtor. Eccl. Gentis Anglor. lib. 2. cap. 5. *Ebudas* præterea inſulas, *Ebonias* quoque dictas fuiſſe ſcribit Ger. Mercator in ſua Britanniæ tabula.

[d] Ex his quatuor ſola *Vectis* ceteris non incognita. Hodie *Wicht*.

olim gens Saxonum veniens ab antiqua Saxonia cum principe suo nomine [a] Anschis, in ea habitare videtur. Quamvis insulam, ut diximus, quidam Gothorum philosophi quasi [b] micosmi appellaverunt. Nam nos tam magnam insulam, neque in suprascripto mari magno, neque in præfato oceano dilatissimo, neque in quo prædiximus sinu oceani legendam nullo modo reperimus. [c] In qua Britannia plurimas fuisse legimus civitates & castra, ex quibus aliquantas designare volumus, id est Giano, Eltabo, Elconio, Nemetotacio, [d] Tamaris, [e] Durocoronavis, Pilais, Vernalis, Ardua,

[a] Num idem qui Bedæ lib. 1. Histor. Eccles. Gentis Anglor. cap. 15. *Hengistus* Wegissi filius dicitur.

[b] Lege *microcosmium*.

[c] In hac Britanniæ descriptione tot oppida recensentur ceteris scriptoribus omnibus non memorata, ut operæ pretium existimaverim novæ agendi rationi hic inhærere. Has igitur solas urbes notis hic afficio, quæ in aliis auctoribus designatæ reperiuntur: quas vero tacitus prætermitto (sunt autem hujuscemodi centum & sexaginta circiter) illis, urbium hactenus incognitarum index augebitur. Si in Britannicarum urbium nomina mutationes majores non induxissent Saxones quam in Gallicanarum Franci, plurimarum ex illis situs non difficile statueretur: Verum non ita se res habet. Cum ergo incognitum mihi sit Anglo-Saxonicum idioma, cura hæc dimittenda est viris eruditis, quorum ferax admodum est ævo nostro Britannia.

[d] Ptolemæo Ταμαρὴ, nunc *Tamerton*.

[e] Antonino *Durocornovium*. Hodie *Cirencester* in Glocestriensi Comitatu.

Ravenatone, Devioniffo, Statio [a] Deventia, Stene, [b] Duriarno, [c] Uxelis; Vertevia, [d] Melarnoni [e] Scadum Namorum, Termonin, Moftevia, Milidunum, Apaunaris, Mafona, Alongium; Item juxta fuprafcriptam civitatem [f] Scadomorum, eft civitas quæ dicitur [g] Moriduno, [h] Alauna filva, Omire, Tedertis, [i] Londinis, [k] Cança, Dolocindo,

[a] *Devam* fluvium in Albione memorat Ptolemæus: nec procul ab eo *Uxellum* oppidum. Hinc locum, qui ab Anonymo noftro *Statio Deventia* vocatur, *Deva* fluvio proximum fuiffe verifimile effet, nifi *Deva* & *Uxellum*, extra murum, qui Scotiam ab Anglia dividit, fitum haberent; nam huc ufque jam excurriffe auctorem noftrum non crediderim, immo contrarium perfuadent loca vicina aliquot non incognitæ pofitionis.

[b] Pro *Duroverno* Antonini, quod *Dorovernuum* appellatur à Venerab. Beda, pofitum aliquamdiu fufpicatus fum. Verum ab hac opinione; non fine fcrupulo tamen, receffi, poftquam obfervavi *Durovernum* à *Duriarno* plurimum in fitu differre, ut quidem videtur.

[c] Οὔξελα igitur Dumnoniorum fit, non vero Οὔξελον, de quo fupra.

[d] Seu *Melamoni*, ambiguum enim eft utrum legi debeat.

[e] Antonino *Ifcadum Nuniorum*, Peutingerianæ tabulæ *Ifcadum Nomorum*. Ptolemæo eft Ισκα Dumnoniorum, *Excefter*, nunc.

[f] Lege *Scadum Namorum*, ut paulo fuperius.

[g] Antonino *Muridunum*. Nunc *Seaton*, ut Cambdenus fufpicatur.

[h] Locus omnino diverfus ab *Alauna Damniorum*, cujus Ptolemæus meminit, & ab *Alone*, de qua Antonini Itinerarium, ut mihi quidem ex fitu videtur. Ἀλαυνὸς fluvius, de quo Ptolem. interpretibus ejufdem Ptolemæi *Alaunius* dictus, non procul hinc fluit.

[i] *Londinium* intellige.

[k] Hunc locum in Cantio pofitum fuiffe nullus dubito. An *Cantium promontorium* eft, quod à Ptolemæo memoratur?

Clavinio, Morionio, Boluelaunio, Alauna, [a] Coloneas, Aranus, Anicetis, Moiezo, Ibernio, [b] Bindogladia, [c] Noviomagno, Onna, [d] Venta Velgarum, Armis, Ardaoneon, Ravimago, Regentium, Leucomago, Cimetzone, Punctuobice, [e] Venta Silurum, Jupania, Metambala, Albinunno, [f] Isca Augusta, [g] Bannio, Brenna, [h] Alabum, Cicutio, [i] Magnis, [k] Branogenium, Epocessa, Ypocessa, Macatonion, [l] Glebon colonia, Argistil-

[a] Locus omnino diversus à Κολωνία Ptolemæi, idem vero cum *Colonia* Antonini. *Colchester* nunc.

[b] *Vindogladia* Antonino, nunc *Winsburne*, ut Cambdeno placet.

[c] Ptolemæo Νοιόμαγος, *Noviomagus* Antonino, hodie *Woodcote* Cambdeno teste.

[d] Hæc est *Venta Belgarum* de qua Ptolemæus & Antoninus, quam etiam Humfredus *Bristolium*, Cambdenus autem *Winchestre*, esse contendit.

[e] Ab Antonino etiam memoratur, nuncque dicitur *Caerwent*.

[f] Antonino *Isca leg.* 2. *Aug.* *Iscam* tamen, *Augustam* olim dictam fuisse Alexander Neuyllius asserit. Nunc *Caer leon* dicitur *Ysca* per *Y* scribitur in Posthumi nummis.

[g] *Gobannium* opinor scribitur apud Antoninum, nunc vocatur *Abergevenny*.

[h] Ἀλαβῶν πόλις ἢ ποταμός memoratur à Stephano, sed ubi nam Gentium nullatenus significat.

[i] Ibi *tribunus cohortis secundæ Dalmatarum*, ex Notitia dignitatum Romani imperii, sect. 63. Hujus loci etiam Antoninus meminit. Hodie *Radnor*, ut Cambdenus suspicatur.

[k] Βρανογένιον cum duplici N scribit Ptolemæus. Ordovicorum urbs fuit, nunc *Worcestre* dicitur.

[l] *Clevum* Antonino. Nunc *Glocester*. Huic urbi coloniæ dignitatem & Romanam originem Cambdenus jam asseruerat.

lum, Vertis, [a] Salinis, [b] Corinium Dobunorum, [c] Caleba Atrebatium, [d] Anderesio, Miba, Mutuantonis, [e] Lemanis, [f] Dubris, [g] Duroverno Cantiacorum, [h] Rutupis, [i] Durobrabis, [k] Londini, [l] Tamese, Brinavis, Alauna, [m] Utriconion Cornoninorum, Lavobrinta, [n] Mediomano, [o] Seguntio,

[a] Σαλῖναι forsan Ptolemæi.

[b] Ita etiam Ptolemæus. Antonino *Durocornovium* dicitur, nunc *Circester* Cambdeno.

[c] *Calleva* Antonino; Ptolemæi codicibus nonnullis Καλκούα. *Callena* legi debere opinabatur Cambdenus; verum hinc conjectura illa evertitur. *Wallengford* nunc.

[d] Forsan *Anderida*, ubi *Præpositus numeri Abulcorum* ex Notitia Dignit. Imp. sect. 52: quem locum *Newaen den* nunc vocari Cambdenus suspicatur.

[e] Ex eadem Notitia, *Præpositus numeri Turnacensium Lemannis*. Antoninus *Portum Lemanis* XVI. milliar. à *Duroverno* disparatum fuisse docet.

[f] Nomen servat hactenus huic proximum: *Dover* enim Anglis, *Douvres* Gallis est.

[g] Hodie *Cantuaria*, à pluribus creditur. Prisci nominis meminit Beda post Antoninum.

[h] Ex Ptolemæo, Antonino, Peutingeriana tabula & Notitia Dignitat. Imp. jam olim cognitus locus. Nunc *Richborrow*.

[i] *Durobrivis*, aut *Durobrevis* Antonino, & Bedæ. Hodie *Rochester*.

[k] Urbs nota nimis, ut me properantem moretur.

[l] Locus ille erit, ut opinor, ubi *Pontes* statuit Antoninus, inter *Londinium* scilicet & *Callevam*.

[m] Οὐιρόκονιον Ptolemæo in Cornaviis. Antonino *Virocenion*. Hodie *Wroxcester* viculus.

[n] Situs hujus loci inter *Viroconium* & *Segontium*, *Mediolanum* legere jubet, licet iterum paulo post occurrat *Mediolanum*.

[o] Ex *Segontii* ruinis *Caernarvon*, urbem è regione Monæ insulæ excitatam ab Edvvardo rege anno 1283. docet Cambdenus.

[a] Canubio, [b] Mediolano, Sandonio, [c] Dena vixtrix, Veratino, Lutudarum, [d] Derbentione, [e] Salinis, [f] Condate, [g] Rate-

[a] Antonini videretur esse *Canovium*. Verum *Canovii* situs *Camulodunum* inter & *Cæsaromagum* repugnat; sit igitur *Conovium* ejusdem Antonini, inter *Segontium* & *Varim*. Stetisse ubi nunc viculus *Caer hean*, & ex ejus ruderibus natum *Aber-Conwey* Cambdeni est sententia.

[b] Quodnam nomen huic successerit disputant scriptores, alii *Lancastre*, alii *l'Hanuellin*, alii aliud assignantes.

[c] Antonino *Deva legio xx. Victrix*. Ptolemæo Δηΰα, hodie *Chester*.

[d] *Præfectus numeri Derventiensis Derventione*. Ita Notitia Dignitat. Imper. sect. 63. Vocari nunc *Darby* libenter crederem, ad *Derventionem* fluvium posita si quidem est urbs illa, & *Derventionem* urbem *Derventioni* flumini proximam fuisse verisimile est; licet Antoninus hanc ab illo non modicum removeat, qua in re errasse auctorem illum impossibile non fuerit, immo & hinc non obscure innuitur. *Derventionem* tamen Cambdenus *Auldby* interpretatur.

[e] Aliæ mihi videntur *Salinæ* illæ ab his, de quibus supra. Porro ex Cambdeno didici *Salinas nobilissimas* etiamnum existere in Cornaviorum regionis parte illa, quæ nunc Vrigorniensis Comitatus dicitur; alias vero in Cestrensi Comitatu. De novissimis his agi nunc mea est opinio. *Nantwich* enim, ubi *Salinæ* illæ, non procul à *Congleton*.

[f] Hodie *Congleton* Cambdeno. Nec dissentio: *Congleton* enim *Dani* & *Weveri* confluentibus proximum. Et hinc inditum *Condate* nomen, potius quam ex eo, quod colonia extiterit ex *Condate* Amoricæ urbe huc deducta, ut Surita suspicatur in notis ad Antoninum. Idem si quidem aut non absimile fuit veterum Britannorum & Gallorum idioma, ut in multis probat Cambdenus. Porro apud Gallos duorum fluminum conjunctio hac dictione *Condate* significatur.

[g] Compendiose positum existimo pro *Rate Coritavorum*, cujus Antoninus meminit.

corion, Eltanori, [a] Lectoceto, Jacio, Dulma, [b] Virolanium, Londinium Augusta, [c] Cæsaromagom, [d] Camulodulo colonia, [e] Durcinate, [f] Duroviguto [g] Durobrisin, [h] Venta cenomum, [i] Lindum colonia, [k] Banovallum, Navione, Aquis, Arnemeza, Zerdotalia, Mantio, Alunna,

[a] An *Etocetam*, an vero *Lactodorum*? utrumque enim ex Antonino non procul hinc stabat.

[b] Οὐεϱολάνιον Ptolemæo, *Verulamium* Tacito, *Verolanium* & *Verulamium* Antonino: variant enim codices. Nunc *Verulam* in Hertfordiensi Comitatu.

[c] Nunc *Burgsted* juxta Camdeni sententiam.

[d] *Colonia* licet, ut supra visum est, urbs sit à *Camuloduno* diversa, nec multum dissita, hic nihilominus verbum illud *Colonia* quasi adjectivum *Camuloduno* subjicio, Taciti auctoritatem secutus. In Trinoantibus illud reponit Ptolemæus, nunc *Maldon* Cambdenus existimat.

[e] Bedæ forsan *Dorcinia*, nunc *Dorchester* in Buckinghamiensi agro.

[f] Aut certe *Durojuguto*, in codice enim ambigue scribitur.

[g] Ex situ *Venta Icenorum* proximo, alia demonstratur esse à *Durobrivis*, seu *Durobrabis*, quæ supra occurrit. Num igitur *Durobrivas* Antonini? quam nunc *Dornford* vocari Cambdenus asserit. Non tamen id mihi certum, nisi hic sit nominum transpositio; à *Camuloduno* enim *Lindon* petenti, *Venta Icenorum* post *Durobrivas* non debuit occurrere.

[h] Hæc est *Venta Icenorum*, hodie *Caster* Cambdeno.

[i] Ex Ptolemæo, Antonino, & Beda cognitum jam antea oppidum, nec incognita etiam coloniæ dignitas, nunc *Lincolne*.

[k] Cum *Branodunum* & *Brannogenium* in Anglia occurrant, legendum erit forsitan *Branovallum*. Locus tamen ille à nullo memoratur.

[a] Camulodono, Calunio, Gallunio, Modibogdo, Cantiumeti, Juliocenon, [b] Gabrocentio, [c] Alauna, Bribra, Maio, Olerica, Derventione, Ravonia, Bresnetenati Veteranorum, Pampocalia, [d] Lagentium, [e] Valteris, [f] Bereda, [g] Lugubalum, [h] Magnis, [i] Babaglanda, [k] Vin-

a *Camulodunum* hoc à præcedenti diversum est, memoraturque ab Antonino & Ptolemæo, qui apud Brigantes illud statuit, Nicephoriumque cognominat. Ejus rudera visuntur etiam num prope viculum *Almondburii* in Eboracensi agro. Qui id nos docet Cambdenus, *Cambodionum* legere imperat, non vero *Camulodunum*.

b *Tribunus cohortis secundæ Thracum Gabrosenti* sedem habebat ex Notitia dignitat. Imp. Rom. sect. 63. *Gateshead* Cambdenus interpretatur.

c Duas ut minimum vidimus jam urbes hujus nominis. Hæc vel ad flumen, qui Ptolemæo Ἀλαῦνος dicitur, vel ipsa Damniorum Ἀλαῦνα sit necesse est.

d *Lagecium* Antonino. Nunc *Castleford* ut Cambdenus asserit.

e Antonino & Notitiarum libri codicibus nonnullis, *Verteris*. Hodie *Burgh Cast* in *Westmorlandia*.

f *Voreda* Antonino, *Old Carlile* nunc juxta Cambdenum.

g Antonino *Luguvallum*; *Lugubalia* Vener. Beda lib. 4. histor. Gentis Anglor. cap. 29. *Carlile* nunc.

h Ibi forsan *Tribunus cohortis secundæ Dalmatarum*, ex Notitia Dignit. Imp. locus omnino diversus videtur à *Magnis*, de quo Antoninus inter *Gobannium* & *Bravonium*.

i Num *Amboglanna*, ubi *Tribunus cohortis primæ Æliæ Dacorum*, ex Notitia Dignit. Imp. Id situs forsan persuadebit.

k *Vindolanam* existimo, ubi *Tribunus cohortis quartæ Gallorum* ex Notitia Dignit. Qui locus ex eadem Notitia, *Borcovico* vulgo *Warwick* proximus fuisse videtur.

dolande,

dolande, Lineojugla, [a] Vinonia, [b] Lavaris, [c] Cataractonion, [d] Eburacum, [e] Decuaria, [f] Devovicia, Dixio, Lugundino, [g] Coganges, [h] Corie, Lopocarium. Iterum sunt civitates in ipsa Britannia, quæ recto tramite de una parte in alia, id est de oceano in oceano, & [i] Sistuntiaci dividunt in tertia portione ipsam Britanniam, id est Serduno, [k] Conderco, [l] Vindovala, [m] Onno, [n] Celunno, [o] Brocoliti, Volurtion, [p] Æsica,

[a] Antonino *Vincvia*, Ptolemæo Οὐιννόυιον.

[b] Lege *Lavatris* cum Antonino & Notitia dignitatum Imper.

[c] Κατουρράκτόνιον in Attrebatibus Ptolemæo, *Cataractonum* Antonino. *Cataracta* Bedæ.

[d] *York* nunc vocatur.

[e] Hæc est Πετουαρία Parisiorum urbs, de qua Ptolem. quam Cambdenus *Beverley* nunc dici existimat.

[f] *Delgovitia* Antonino, hodie *God-manham*.

[g] Notitiæ dignitatum Imper *Concangios*: Cambdeno nunc *Baron: of Kendal*.

[h] Κορία Ptolemæo in Damniis.

[i] Num *Segontiaci* potius legi debet?

[k] Ibi *Præfectus alæ primæ Astorum* ex Notitia dignitat. Imp.

[l] *Vindobala* Notitiæ dignit Rom. Imp. Ibi *tribunus cohortis primæ Frixagorum*.

[m] *Præfectus alæ Savinianæ Hunno* ex Notitia dignitatum Rom. Imp. Mendose hujus loci situs disponitur in Ortelii Britannicarum insularum typo, ut patet ex urbibus ipsi vicinis hic annotatis.

[n] *Cilurnum* Notitiæ dignitatum Rom. Imp. Incertum Cambdeno utrum nunc sit *Walwick* aut *Seilicester*.

[o] *Procol tia* scribitur in eadem Notitia.

[p] Ibi *tribunus cohortis primæ Astorum*, ex eodem libro Notitiarum.

Banna, [a] Uxeludiano, Avalaria, Māiā; Fanocedi, Brocara, Croucingo, Stodoion, Sinetriadum, Clidum, [b] Carbantium, Tadoriton, Maporiton, [c] Alitacenon, [d] Loxa, Locatrene, Canibroiana, Smetri, [e] Uxela, Lucotion, [f] Corda, Camulosſeſa, Præſidium, Brigomono, Abiſſon, Ebio, Coritiotar, Celerion, Itucodon, Maremago, Duabliſis, Venutio, [g] Trimuntium, Eburocaſlum, [h] Bremenium, Cocuneda, [i] Alauna, Oleiclavis, Ejudenſca, Rumabo. Iterum ſunt civitates in ipſa Britannia [ubi] plus anguſtiſſima de oceano in oceano eſſe dinoſcitur, Id eſt [k] Velunia, Volitanio,

[a] Mihi videretur eſſe Ptolemæi Οὔξελον Selgovarum, ni ſi *Uxela* paulo infra occurreret prope *Cordam*. Sit igitur potius *Axelodunum* de quo Notitia prædicta. *Hexam* hodie.

[b] Καρβαντόριγον forſitan Selgovarum, de quo Ptolemæus.

[c] Mihi videtur non procul hinc ſtetiſſe locum Ptolemæo vocatum *Alatum caſtram*, hodie *Edembourg*: nec etiam multum nomina diſcrepant.

[d] Λόξα Ptolemæo fluvius eſt orientalis lateris, quod à Germanico oceano alluitur *Loſſ* nunc dici Cambdenus exiſtimat.

[e] Hæc igitur Οὔξελον ſit Ptolemæi.

[f] *Selgovarum* urbs Ptolemæo teſte.

[g] Τριμόντιον Selgovarum oppidum, ex Ptolemæo.

[h] Nunc *Brampton* in finibus Angliæ & Scotiæ, Otadenorum urbs eſt Ptolemæo.

[i] Ortelius admonet ſe codicem MS. Ptolemæi vidiſſe, in quo inter Κόρεα & Βρεμένιον occurrebat Αλαυνα κγ νη ʹʹ. Hæc noſtra *Alauna* eſt procul dubio.

[k] Num *Boulneſſe* locus maritimus Cumbriæ, ubi Muri, ſeu Valli initium: latine tamen *Blatum Bulgium* vocatum ab Antonino Cambdenus exiſtimavit.

Pexa, Begeſſe, [a] Colanica, Medio [b] Nemeton, Subdobiadon, Litana, Cibra, Credigone. Iterum eſt civitas quæ dicitur Iano, Maulion, Demeroſeſa, Cindocellum, Cermo, [c] Veromo, Matovion, Ugrulentum, Ranatonium, Iberran, Præmatis, [d] Tueſſis, Ledone, Litinomago, [e] Devoni, Memanturum, Decha, Bograndium, Ugueſte, Leviodanum, [f] Poreo Claſſis, Levioxana, Cermium, [g] Victoriæ, Marcotaxon, Tagea, Voran. Sunt autem in ipſa Britannia diverſa loca, id eſt Maponi, Panovius, Minox, [h] Taba, Manavi, Segloes, Daunoni. Currunt autem per ip-

[a] Κολανία forſan Ptolemæo, Bedæ *Coldana*, Cambdenus nunc vocari *Coldingham* ſuſpicatur.

[b] Belgicæ complures populos in Britanniam trajeciſſe ſedeſque ibi fixiſſe certum eſt & notum: hos inter nemo *Nemetes* memorabat, quos tamen ceteris accenſendos hinc forſan diſcimus. Præterea *Nemetotacium*, de quo ſuperius, *Nemetes* etiam videtur ſonare.

[c] Non facile crediderim eſſe Antonini *Verometum*; ratio eſt quia *Verometum* ſi eſſet, urbs alia ceteris cognita appareret; noſter autem Anonymus ultra murum, & in regione à nullo prius deſcripta videtur inſiſtere.

[d] Ptolemæo Τουέσις in Vocomagis.

[e] Δηούανα Texalorum urbs Ptolemæo. Nunc *Ceſtre* ſi Lhuydo fides ſit.

[f] Ὀῤῥέα forſitan Veniconτium, quo de loco Ptolemæus.

[g] Οὐικτωρία Ptolemæo Damniorum oppidum.

[h] Ptolemæi forſitan Ταύα εἴσχυσις in orientali Britanniæ latere Germaniæ oppoſito, aut locus certe ipſi vicinus.

ſam Britanniam plurima flumina, ex quibus aliquanta nominare volumus, id eſt Fraxula, [a] Axium, Maina, Sarva, [b] Tamaris, Naurum, [c] Abona, [d] Iſca, [e] Tamion, Aventio, Leuca, Juctius, Leugoſena, Coantia, [f] Dorvatium, Antrum, [g] Tinoa, Liar, Lenda, Vividin, Durolani, [h] Alauna, Coguvenſuron, [i] Durbis, [k] Lemana, [l] Rovia, Ractomeſſa, Senua, Cimia, Velox. Finitur autem

[a] *Axii* nomen frequenter fluminibus inditum obſervo. Ἄξιος Ptolemæo fluvius eſt Amphaxitidis regionis; Stephano alius eſt in Italia à monte Crotone defluens, ut videre eſt ad verbum Κρότων; Tertius circa Apameam Syriæ, ex hiſtoria Tripartita; quartus denique Heſychio in Pæonia. Quintum hunc Britanniæ noſter Anonymus ſolus memorat. Si tamen hodierni nominis ratio tantum habenda erit, *Ax* eſſe dicemus fluviolum Devoniæ regionis.

[b] Τάμαρος Ptolemæo, nunc *Tamer* fluvius dividens inter Cornubiam & Devoniam.

[c] *Avona* hodie duplex eſt. De quonam hic mentio, incertum. Ἀβόυ Ptolemæus meminit ad latus orientale. Præterea Antoninus *Abonem* urbes *Venta Silurum* proximam memorat.

[d] Ἰσάκα Ptolemæo. *Iſcam* legi debere conjectura Cambdenus jam affecutus fuerat. Hodie *Iſc*.

[e] Pro *Thameſi* poſitum exiſtimo.

[f] *Derventio* forſitan.

[g] Num *Tina* Ptolemæi? *Tina* etiam amnis Beda meminit.

[h] Ἀλαύνος Ptolemæo, aut certe Ἀλαῦνος, nunc *Alne*.

[i] Urbes *Dubris* & *Lemanis* nobis in ſuperioribus occurrerunt, nulla media interpoſita, hic itaque *Dubris* legendum ſuſpicor.

[k] *Lemani* amnis, qui aliis *Lilenus* vocatur, Lhuydus meminit.

[l] Ῥαβίος & Σῆνος Hyberniæ amnes ſunt Ptolemæo, quorum nomina ad *Roviam* & *Senuam* proxime accedunt,

ipſa Britannia, à facie Orientis habens inſulam Thyle, vel inſulam Dorcadas; à facie Occidentis ex parte provinciæ Galliam & promontorium Pyrenei; à facie Septentrionalis inſulam Scotiam, à facie meridiana Germaniam antiquam.

XXXII. Iterum in eodem oceano Occidentali, poſt ipſam magnam Britanniam, ſimulque & amplius longius, ut diximus, quam omnes inſulæ à terra magna finita parte Septentrionali; magis ex ipſa Occidentali, eſt inſula maxima quæ dicitur Hibernia, quæ, ut dictum eſt, & Scotia appellatur. Cujus poſt terga, ut jam præmiſimus, nullomodo apud homines terra invenitur. Per quam Scotiam tranſeunt plurima flumina, inter cetera quæ dicuntur, id eſt [a] Sodiſmam, Cled & Terdec. Iterum ipſi oceano Occidentali ponuntur diverſæ inſulæ, ex quibus aliquantas nominare volumus, id eſt [b] Corſula, [c] Mona, [d] Regaina, Minervæ, [e] Cunis, Manna, Bo-

[a] In his fluminibus apud Veteres ſcriptores requirendis, fruſtra tempus inſumes.

[b] Hujus nomen apud ceteros minime reperitur.

[c] Nota ex Ptolem. Cæſare, Plinio, &c. Hodie *Anglesey*.

[d] Altum de hac ſilentium, ut etiam de ea quæ ſequitur.

[e] Hæc quoque cum decem ſequentibus ex incognitis eſt.

tis, Vinion, Saponis, Sufura, Birila, Elaviani, Sobrica, Scetis, Linnonfa. Item ad aliam partem dicitur infula [a] Maganica, Anas, Cana, Atina, Elete, Daroecla, Effegradena, Maiona, [b] Longis, Cirimon, Exofades, ubi & gemmæ nafcuntur. Legimus ut in ipfo oceano, jam expleta parte Occidentali, tanquam ad partem ingredientes meridianam, funt numero infulæ triginta tres, quæ & Dorcadas appellatur. Quæ quamvis non exiftânt omnes excultæ, attamen nomina illarum volueramus, Chrifto nobis adjuvante, defignare: fed quia, peccatis emergentibus, fuete à diverfis gentibus ipfa dominatur patria, & ût barbarus mos eft varias vocationes eafdem infulas appellantur, reliquimus nomina defignandum.

XXXIII. Sed & [eft] infula poft Aquitaniam, quæ dicitur [c] Obceorum,

[a] Nec *Maganicam*, nec ullam aliam ex his, quas juxta illam recenfet nofter Anonymus, aliquis veterum memorat. Nonnullæ tamen adhuc obfervari poterunt infulæ Britanniæ Majori proximæ, quarum nomina abhis non multum abhorrent, ut *Cannay*, &c.

[b] Ptolemæo quidem fluvius eft in Albione infula, cui nomen Λόγγος, *Longus*, *Lough* dici nunc videtur. Ejus autem oftio *Mula* hodie dicta infula objicitur, quæ à Ptolemæo Μαλέος vocatur.

[c] An *Ovorum*, feu *Oborum* infula? quo nomine donandam afferit Maffonus infulam Pictonum, quæ nunc *l'Ifle-Dieu* vocatur.

[a] Ollarione, [b] Ratis, [c] Corda, [d] Noetoia. Iterum in ipſo oceano dilatiſſimo, expleta, ut diximus parte Occidentali, id eſt regredientes à parte, meridiana, procul à litore Spaniæ, eſt inſula quæ dicitur Tyle, de qua & Mantuanus ait inter reliqua *Servit tibi & ultima Tyle.* Iterum in ipſo oceano, ut diximus, expleta parte occidentali, regredientes ad meridianam partem, litus Spaniæ, juxta multoties dictum fretum Septem-Gaditanum, dicuntur inſulæ, quarum nomina multimodis invenimus. In ipſo quippe meridiano oceano, poſt Æthiopum patriam, diverſæ exiſtunt inſulæ, ex quibus aliquantas nominare volumus, id eſt [e] Azavazia, [f] Pireon, [g] Capriarias,

[a] Plinio lib. 4. ſect. 33. *Vliarus.* Sidonio Apollinar. lib. 8. epiſt. 6. *Olarionenſis inſula.* Nunc *Oleron.*

[b] *L'Iſle de Ré* Hæc prima hujus loci mentio videtur. Nunc dicitur *Radis*, olim vero promiſcue *Ratis* & *Radis.*

[c] In oſtio Garumnæ modicam inſulam videre eſt, in qua Pharus, cui nomen *la Tour de Cordoüan.* Nominis hujus origo cum me fugiat, & in *Corda* & *Cordoüan* eadem ſit elementorum diſpoſitio, id obſervare viſum eſt.

[d] Hujus nominis veſtigia nullibi mihi apparent niſi ſit, *Nermouſtier.*

[e] Num *Adiabaſia*? Sic forſan dicta ab à privante & διαβαίνω, quod ultra non daretur navigatio: quemadmodum & Ἀπρόσιτος νῆσος à Ptolemæo una ex *Fortunatis* appellatur.

[f] *Pireon* incognita eſt.

[g] Ptolemæo Καπρερία una ex *Fortunatis* inſulis eſt, quæ videtur Plinio *Capraria* dici.

[a] Beathec, [b] Theatrum, Nincaria, [c] Lunonis, [d] Scopolis, Thene. Item post extremam Troglodytorum Æthiopiam, est Therseglitorum [e] nascitur pene minor, ubi & myrrha Troglodytarum, quæ Thersonius, non satis longè est ab insula, quam supra nominavimus, quæ dicitur Galliach Indiæ Thermanticæ.

XXXIV. Etenim ubique insulas in oceano dilatissimo legimus, ipsas insulas subtilius perscrutantes, Christo nobis auxiliante, designavimus. Itaque omnia adimplentes, ad supremum ut dicamus totam longè latéque diffusam Asiam, & spatiosissimam Africam, atque Europam omni modo robustissimam, ut dictum est, positas patrias, vel civitates, atque flumina potuissemus, Christo Deo nostro nobis auxiliante, earum castra, vel promontoria, universos torrentes, verum & petrosa refugia,

[a] Num *Beata?* Sic enim *Fortunata* à nonnullis vocantur, & is noster Anonymus, qui commune pluribus nomen, uni assignet.

[b] De *Theatro* & *Nincaria*, nihil omnino.

[c] Forte *Junonis*. *Junonia* autem una inter Fortunatas insulas à Plinio recensetur; duæ vero à Solino.

[d] Insulæ plures fuere, quibus nomen *Scopelus*, sed nulla his in partibus, nulla quoque *Thene* dicta.

[e] Propria sede motum verbum hoc suspicor, ac reponi debere post dictionem *ubi*, ut sit *ubi & nascitur myrrha*, &c. De *Therseglitis* autem & de *Thersonio* altum ubique silentium.

ſimulque earum regionum ſtadiis minutius enarrare: ſed ut non amplius legentibus faſtidium audientibus multifariam ingererem, ideo inenarrabilis ſapientia Dei Patris Chriſtus Deus noſter & Dominus, & conſubſtantialis Spiritus ſanctus mihi inſpirare juſſit vobis quæ breviter deſignavi.

F I N I S.

PARISIIS,
Ex Typographia Antonii Lambin, 1687.

INDEX
NOMINUM
GEOGRAPHICORVM.

Incognita sunt ea loca quæ characteribus Italicis scripta sunt aut certe à nullo veterum memorantur: quibus vero præponitur astericus, de his dubitatur.

A

G

S

T

V.

Quæ sequuntur, casu effugerant.

F I N I S.

Ad Notas addenda, quæ eruditissimo ABBATI RENAUDOT, *maxima ex parte, accepta refero.*

PAg. 11. linea 10. *ut ros Herophormum*, lege ut Sphairophormum, id est rotundum, à dictione Græca σφαιροειδὴς.

Pag. 13. lin. 10. *quasi miminus nominatim*; Hellenismus videtur esse: ὥσεὶ λεπτὰ siquidem apud Græcos particulatim significat.

Pag 39. lin. 2. *Paloris.* Si dictione hac non signetur fluvius Peuting. tabulæ *Paleru* dictus, est certe urbs ab ipso irrigata.

Pag. 40. lin. 15. *Belfra.* Occurrit in Peutinger. tab. inter Concobas & Hecatompolim, vocaturque *Beltra*.

Pag. 48 lin. 11. *Hentru Nabatai Mazianita*, per verbum Hentru intellige Jetro.

Pag. 72. lin. 8. *Syria Cilensis*, id est Syria Cava, κοίλη, unde Cile, deinde Cilensis.

Pag. 86. lin. 8. *Erinudi.* Legendum *Hermudi* suspicabar, nunc vero Eurymedim. Etenim non procul hinc Εὐρυμέδων fl.

Pag. 227. *Ranicos*, an scribi debet *Rauracos?*

AD NOTAS ADDENDA.

Pag. 268. lin. 16. *Falsarivum*. Cum verbum hoc inauditum sit, Pharsalusque ibi non compareat, Pharsali vitiatum nomen libens arbitrarer.

Pag. 274. Gaditanum fretum constanter vocatur *Septem Gaditanum* ab Anonymo. Hujus nominis rationem repetii à septem millium distantia, quæ intercedit Hispaniam inter & Africam, medio ipso freto: assignari etiam potest aut montibus ἑπτάδελφοι Septem fratres dictis, aut arci Septa vel Septum dicta à Procopio, Isidoro, &c. Hæc enim ad fretum erat in Africa.

F I N I S.

Errata in Textu.

PAg. 15. *lin.* 9. mari, *lege* maria.
Pag. 27. *lin.* 3. innosimo, *lege* immo.
Pag. 39. *l.* 2. Cotizilaris, *leg.* Cotiziaris.
Pag. 41 *l. ultimâ*, Aspapagora, *l.* Aspagora.
Pag. 147. *l.* 5. Creon, *l.* Ereon.
Pag. 240. *l.* 5. Gravise, *l.* Gracuse.
Pag. 254. *l.* 19. Picina, *l.* Ricina.
Pag. 268. *l.* 20. Cenotis, *l.* Ceneris.
Præterea desunt commata nonnumquam, ut pag. 39. *l.* 9. *inter* Parazene & Aradarum, *pag.* 64. *l.* 5. *inter* Medoia & Patra. Y *etiam aliquoties occurrit pro* I, *&* è *contra; ut pag.* 71. *lin.* 7. Phyladelphia *pro* Philadelphia.

Errata in Notis.

Pag. 14. *l.* 14. ὑπαδεχοιοιν, *l.* ὑπαδεχοιοιν.
Pag. 24. *col.* 2. Eginhasto, *leg.* Eginhatto.
Pag. 39. *col.* 2. Cumunicon, *l.* Cum unico N.
Pag. 46. *ordine inverso disponuntur notæ* A *&* B. *Idem occurrit in notis* E *&* F *sequentis paginæ* 47.
Pag. 47. *col.* 2. *l.* 4. id quoà, *l.* id quod.
Pag. 51. *col.* 2. *l.* 18. Maritimia, *l.* Marimia.
Pag. 139. *col.* 1 *lin.* 14. geograpia, *l.* geographia.
Pag 174. *col.* 2. *l.* 15. hane, *l.* hanc.
Pag. 244. *col.* 2. *l.* 14. ceteris, *l.* ceteros.
Pag. 276. *col.* 1. *l.* 8. an hoc, *lege* ad hoc; *&* *col.* 2. *l.* 11. ubi, *l.* ubi.

Extrait du Privilege du Roy.

PAr Grace & Privilege du Roy, en date du 26. May 1687. ſigné BULTEAU, il eſt permis à D. PLACIDE PORCHERON, Religieux Benedictin de la Congregation de S. Maur, de faire imprimer par tel Imprimeur ou Libraire qu'il luy plaira, un Livre intitulé *Anonymi Ravennatis Geographiæ libri quinque*, pendant le temps & eſpace de huit années conſecutives, à commencer du jour que ledit Livre ſera achevé d'imprimer pour la premiere fois : Et défenſes ſont faites à tous Imprimeurs & Libraires d'imprimer ledit Livre ſans le conſentement dudit Expoſant, à peine de trois mille livres d'amende ; comme il eſt plus amplement porté par ledit Privilege.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris, le 24. Novembre 1687.

Et ledit D. PLACIDE PORCHERON a cedé ſon droit de Privilege cy-deſſus à SIMON LANGRONNE, Marchand Libraire à Paris, ſuivant l'accord fait entre eux.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 2. Janvier 1688.